

## DUBIUM IV.

## Ob quam causam possit ferri Censura.

29. *Ob quale peccatum incurrantur censurae.* — 30. *An ob veniale incurratur levis suspensio vel interdictum.* — 31. *An aliae censurae ob veniale sint nullae. Et quid ex hoc inferatur.* — 32. *An in dubio de gravitate materiae incurratur censura.* — 33. *An praeceptum sub censura obliget sub gravi.* — 34. *An ad incurrendam censuram actus debeat esse externus.* — 35. *An possit imponi censura contra officium recitantes distracte.* — 36. *An actus peccati debeat esse consummatus. An censura contra homicidam incurratur etiam a mandante, etc.* — 37. *An censura contra mandantem, etc. incurratur etiam effectum non secuto.* — 38. *Observa distinctionem.* — 39. *Utrum incurratur in dubio an mandatum influxerit.* — 40. *Quid, si dans consilium pro occisione illud revocet ante executionem.* — 41. *An requiratur culpa propria.* — 42. *Quid excuset a censura incurrenda.* — 43. *An ad incurrendam censuram requiratur scire crimen vitium esse etiam ab Ecclesia.* — 44. *An hoc valeat etiam pro suspensione et interdicto.* — 45. *An detur ignorantia excusans a censura, quin excuset a mortali.* — 46. *An metus gravis excuset a censura.* — 47. *Quando excuset ignorantia etiam crassa.* — 48. *An excuset ignorantia affectata.* — 49. *An incurratur censura ob peccatum mere praeteritum. An episcopi possint ferre censuras pro delictis futuris.* — 50. *Censura est invalida: - I. Ob defectum ferentis.* — 51. *II. Si praeteritur ordo iudicii.* — 52. *An in omnibus censuris requiratur monitio rei.* — 53. *An censura sine monitione sit nulla.* — 54. *Et quando sit nulla ob peccatum mere praeteritum.* — 55. *An requiratur monitio, si censura sit a jure ferendae sententiae.* — 56. *An monitio debeat esse trina cum debito intervallo. Et an debeat fieri ab ipso iudice.* — 57. *Quid, si censura sit contra plures generaliter.* — 58. *An censura sine trina monitione sit invalida.* — 59. *Quid notandum quoad sententiam censurae.* — 60. *Quae solemnitates in ea sint servandae.* — 61. *Quando autem istae solemnitates non requirantur (Vide ibid. alia notanda).* — 62. *An incurratur censura lata disjunctive, v. gr. Sit excommunicatus vel suspensus.* — 63. *An possit ferri censura sub conditione.* — 64. *An, transacto termino, incurratur censura si creditor proroget.* — 65. *Vide alia notanda circa ordinem ferendi censuras.* — 66. *III. Censura est invalida ob defectum justae causae.* — 67. *Quomodo quis se gerere debeat in dubio an incurrerit censuram.* — 68. *An in dubio censura iudicanda sit justa. Et an reus teneatur parere iudici jubenti aliquid sub censura, si putet probabiliter ad id non teneri.*

Aliae censurae ob veniale sunt nullae.

Consecratoria.

Ob quale peccatum incurrantur censurae.

29. — « Resp. Ob solum peccatum exter-  
num, censurae proportionatum, et con-  
iunctum cum contumacia. Et quidem in  
interdicto locali potest esse alienum,  
v. gr. praelati vel communitatis (non  
tamen hominis privati). Alias, requiritur  
proprium. — Bonacina <sup>1</sup>.

« Unde resolves:

« 1° Non possunt censurari infantes  
vel amentes, quia non peccant. — Bona-  
cina <sup>2</sup>, Laymann <sup>3</sup>, ex S. Thoma, Sua-  
rez, etc. ».

<sup>1</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3. — <sup>2</sup> Loc. cit., punct. 4, num. 8 et 10. — <sup>3</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, num. 3. — S. Thom., Suppl., qu. 22, art. 5; et qu. 21, art. 3. — Suar., disp. 5, sect. 1, v. *Secundo dicendum.* — <sup>4</sup> Disp. 4, sect. 4. —

30. — a) Avila non bene citatur a Salmant.; quamvis enim, *part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 2*, dicat excommunicationem minorem posse infligi pro veniali; attamen, *part. 3, disp. 3, dub. 3*, de suspensione tractans, dicit absolute et sine distinctione posse eam pro

30. — « 2°. Etsi ob peccatum veniale in-  
terdum ferri possit levis suspensio vel  
« leve interdictum »; — [Nempe suspensio  
aut interdictum ad breve tempus, et pri-  
vans aliquo tantum usu. Secus, si sint  
ad omnem usum vel ad longum tempus;  
tunc enim habentur ut censurae majores.  
Ita Suarez <sup>4</sup>, Palaus <sup>5</sup>, Bonacina <sup>6</sup>, Co-  
ninck <sup>7</sup>; et Salmant. <sup>8</sup> cum Avila <sup>a)</sup> et  
Candido. Ideo suspensio ad longum tem-  
pus lata ob culpam levem censetur inva-  
lida, ut ait etiam Viva <sup>b)</sup>: vide infra,

Ob veniale ferri potest levis suspensio vel interdictum.

<sup>5</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 7, num. 2. — <sup>6</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 7. — <sup>7</sup> Disp. 13, dub. 8, n. 67 et 68. — <sup>8</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 124. — *Candido*, disquis. 22, artic. 7, dub. 1, v. *Dico 2 et 3*.

veniali infligi, de facto tamen nunquam imponi a jure nisi pro mortali, et, *part. 5, disp. 3, dub. 2*, dicit interdictum personale debeat ob culpam propriam posse pro veniali imponi.

b) Viva, *de Censur.*, qu. 1, art. 4, n. 1,

n. 32]. — « Excommunicatio tamen major, « suspensio gravis et interdictum personale speciale (quidquid sit de generali) « non potest ferri nisi ob culpam mortalem, quia alioqui poena non esset proportionata culpae. Imo, cum sint poenae medicinales, non debent infligi pro quo vis mortali, sed quibusdam tantum, ne « censurae contemnantur, ut monet Tridentinum ».

31. — Itaque invalida est censura gravis ob culpam tantum venialem imposita, ut communiter docent Sanchez <sup>1</sup>, Suarez <sup>2</sup>, Bonacina <sup>3</sup>, Palaus <sup>4</sup> et Salmant. <sup>5</sup>. Et colligitur ex can. *Nullus*, [caus.] 11, qu. 3, atque ex Tridentino <sup>6</sup> Ratio, quia de jure tam naturali quam divino poena debet esse culpae proportionata.

Ex quo inferitur 1° quod non potest quis gravem censuram incurere, nisi gravem culpam prius committat; et ideo qui excusatur a gravi culpa etiam excusatur a censura gravi. Inferitur 2° quod si aliquid praecipitur quod, inspectis omnibus, leve est nec praeceptum obligabit ad mortale nec censura incurretur. — Ita Suarez <sup>7</sup>, Palaus <sup>a)</sup>; et Salmant. <sup>8</sup> cum Coninck, Soto <sup>a)</sup>, Cornejo et Candido <sup>b)</sup>.

Dixi: *inspectis omnibus*. — Nam materia in se levis potest reddi gravis ex adjuncta circumstantia scandali, aut periculi, aut finis intenti, ac similibus. Et tunc juste imponitur praeceptum ac censura: ita ut transgressores graviter peccent et

<sup>1</sup> Decal., lib. 6, cap. 4, n. 49 et 54. — <sup>2</sup> Disp. 4, sect. 4. — <sup>3</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 2. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 7. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 126 et 127. — <sup>6</sup> Sess. 23, de reform., cap. 3. — <sup>7</sup> Disp. 4, sect. 6, v. *Secundo*; et v. *Observare*. — <sup>8</sup> Loc.

*i. f.*, dicit communiter suspensionem et interdictum ferri « cum omni amplitudine », ideoque censer poenas graves, quae non nisi ob gravem culpam ferri possunt. « Quodsi ob levem culpam ferantur, censentur invalidae a Suar. Tolet. et aliis ».

31. — a) Palaus rem plane innuit, *loc. cit.*, n. 2, inquit: « Licet in aliquibus textibus videatur ob causam levem excommunicatio ferri... non est reputanda illa causa levis absolute; nam... causa quae per se spectata levis est, saepe ex circumstantiis gravis redditur ». — Sotus pariter, *in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 1, coroll. 1*, dicit eo ipso quod aliquid sub excommunicatione majori praecipitur, mortale esse non parere, « etiamsi illius trans-

censuram incurrant. Uti incurritur excommunicatio ob levem clericis perusionem: quae, licet in se sit levis materia, erit gravis respectu reverentiae debitaee statui clericali. Sic pariter praelatus potest imponere censuram gravem iis qui non interveniunt publicae processioni pro aliqua re gravi ordinatae. Item clericis qui contra praeceptum comam nutriunt; et sic de aliis. — Secus vero, si res sit de se levis, et in ordine ad finem intentum leviter conducatur. — Ita Salmant. <sup>9</sup> cum auctoribus citatis <sup>c)</sup>.

32. — Queritur autem hic: 1°. *An in dubio de gravitate materiae obliget superioris praeceptum et censura incurratur?*

Respondetur affirmative cum Salmant. <sup>10</sup> et Cornejo. Ratio, quia in dubio possidet superioris potestas. — Quamvis, ut recte notant Salmant. <sup>11</sup> cum Diana, praelati sedulo cavere debent ne subditos censuris gravent ob materias non tam graves, quando eis non constat illas valde conducere ad bonum finem.

33. — Queritur 2°. *An, eo ipso quod praeceptum fiat sub censura obliget sub gravi?*

Intellige, quando res praecepta non est de se certe gravis nec certe levis; sed est talis ut multum conducere possit ad finem intentum.

Et respondetur quod si praeceptum contineat censuram latae sententiae, tunc obligabit sub gravi. Quia, eo ipso quod

cit., n. 128. — *Coninck*, disp. 13, dub. 8, n. 69 et 70. — *Cornejo*, de Excom., disp. 3, dub. 3. — <sup>9</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 130 et 131. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 132. — *Cornejo*, loc. cit., v. *Pro solutione hujus*. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 132. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 47.

gressio alias de se non esset mortale... Nam cum praelati ecclesiastici sint iudices in spiritalibus, eo ipso quod sub tali poena praecipunt, constituunt illud in praecipuum virtutem cuius omissio sit mortalis. Nisi ubi esset tanta facilitas et abusus excommunicandi, ut praeceptum de re levissima manifestum contineat errorem; tunc enim praeceptum non ligat ».

b) Candidus, quamvis a Salmant. citatus, non ponit hanc distinctionem, et solum dicit, *loc. cit.*, v. *Dico 2*: « Censura gravis... non potest applicari nisi pro culpa mortali ».

c) Auctores citati (excepto Candido) habent principium generale, sed non omnia haec exempla.

In dubio de gravitate incurritur censura.

Praeceptum sub censura interdictum obligat sub gravi.

superior censuram vult ipso facto incurri, vult etiam ut suum praeceptum obliget sub mortali, sine quo censura incurri non posset. Ita Roncaglia <sup>1</sup>, Suarez <sup>2</sup>, Bonacina <sup>3</sup>; et Salmant. <sup>4</sup> cum Soto, Castro, Avila et Cornejo. — Si vero materia de se non sit gravis, et censura sit tantum ferendae sententiae, ita ut ad eam incurrendam requiratur monitio (ut dicemus hic infra, n. 55); tunc transgrediens non peccabit graviter, nisi post monitionem, vel nisi in praecepto adsit clausula, quod sine ulla monitione talis censura possit a praelato applicari. Quia tunc ipsum praeceptum habetur ut monitio. Ita Roncaglia <sup>5</sup>; et Sotus, Avila, Silvester <sup>a)</sup>, Cajetanus, etc. cum Salmant. <sup>6</sup>

Interdum sub levi.

Ad incurrendam censuram requiritur actus externus.

**34.** - « 3<sup>o</sup>. Actus peccati ob quem censura fertur debet esse mortalis: non tantum quoad actum internum, sed etiam quoad substantiam operis externi. — Hinc non excommunicatur leviter percutiens clericum, etsi intentionem mortalem habuisset. Uti nec qui interius tantum est lapsus in haeresim, quam exterius non significavit; quia Ecclesia tantum « judicat de externis. — Bonacina <sup>7</sup> ».

Invalida itaque est censura pro actu mere interno imposita: Ecclesia enim non judicat de internis, ex can. *Consulisti*, [caus.] 2, qu. 5. Ratio, quia, cum Ecclesiae potestas resideat apud homines, non ossunt hi legem ferre nisi de externis, de quibus tantum possunt judicare. Ita S. Thomas <sup>8</sup>; et Coninck, Palaus, Sayrus, etc.

<sup>1</sup> De Censur., qu. 1, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — <sup>2</sup> Disp. 4, sect. 6, n. 11; cfr. etiam disp. 18, sect. 3, n. 12 et 16. — <sup>3</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 9. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 134. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 1, coroll. 1. — Castro, de Lege poenali, lib. 1, cap. 5, docum. 4. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 2, v. *Ex dictis sequitur...* Quarto. — Cornejo, de Excom., disp. 3, dub. 3, v. *Secundo modo*, et v. *His positus*. — <sup>5</sup> Loc. cit. — Sotus, loc. cit., concl. 2. — Avila, loc. cit., dub. 3. — Cajetan., Sum., v. *Praecepti transgressio*, v. *Poenae*. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 135. — <sup>7</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 8. — <sup>8</sup> <sup>1</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 1, art. 4. — Coninck, disp. 13, n. 71. — Palaus, tr. 29; disp. 1, punct. 7, n. 4.

**33.** - a) Silvester male citatur a Salmant.; nam, v. *Praeceptum*, n. 3, universaliter et sine distinctione dicit esse mortale etiamsi censura sit ferendae sententiae.

**34.** - a) Licet non omnes auctores exemplum istud afferant, principium saltem habent quod plane eodem recidit, scilicet non incurri censuram, si actus exterior ab actu in-

communiter, cum Salmant. <sup>9</sup>. — Hinc, si quis percutiat mensam, aut dicat *ita est*, intendens suam haeresim internam confirmare, non incurrit ideo censuram; quia talis actus aut verbum non est de se aptum ad haeresim significandam <sup>a)</sup>. Ita Suarez <sup>10</sup>, Croix <sup>11</sup>; Contin. Tournely <sup>12</sup> cum Sayro <sup>b)</sup>; et Salmant. <sup>13</sup> cum Turriano, Coninck, Castro, Diana, etc. — Idem, si quis fornicetur, haeretica mente judicans fornicationes licere. Salmant. <sup>14</sup>.

Imo ad censuram incurrendam, actus non solum debet esse externus, sed etiam graviter externus. Et ideo non incurrit censuram qui leviter percutit clericum, licet intenderit occidere. — Ita cum Busenbaum, Suarez <sup>15</sup>, Sanchez <sup>16</sup>, [Contin.] Tournely <sup>17</sup>; et Salmant. <sup>18</sup> cum Soto, Sayro, Henriquez, Portello, etc.

Excipitur tamen, nisi actus interior praeceptus aut vetitus necessario cum exteriori jungatur: prout cum fulminatur censura contra scienter transgredientes. Sic etiam Ecclesia punit simoniam mentalem: non quidem illam quae tantum interne consummatur et non probatur externe, quae nequit puniri, ex cap. fin. de simonia; sed illam quae ex pravo animo interiori producit largitionem pecuniae, etc. — Vide Salmant. <sup>19</sup>.

**35.** - An autem incurrat censuram impositam contra officium non recitantes aut Sacrum non audientes, qui omnino distracte recitat aut audit?

Negat Croix <sup>a)</sup>, et satis probabiliter. —

Sayr., lib. 1, cap. 9, n. 14. — <sup>9</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 136. — <sup>10</sup> Disp. 4, sect. 2, v. *Mihi tamen*. — <sup>11</sup> Lib. 7, num. 48. — <sup>12</sup> Part. 1, cap. 3, art. 2, *Dico 2*, v. *Ex his...* 3. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 142. — Turriano, de Censur., lib. 1, disp. 4, dub. 2. — Coninck, disp. 13, n. 71. — Castro, de Justa haeretico punit., lib. 2, cap. 18. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 49. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 142. — <sup>15</sup> Disp. 4, sect. 4, n. 2; et sect. 3, n. 5. — <sup>16</sup> Decal., lib. 2, cap. 8, n. 7. — <sup>17</sup> Loc. cit., v. *Ex his...* 4. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 143. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, cas. 1. — Sayr., lib. 1, cap. 9, n. 7. — Henriq., lib. 13, cap. 17, n. 2. — Portel., Dubia regul., v. *Excommunicare*, addit. n. 11. — <sup>19</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 139.

teriori malo procedat, eum tamen non plene sed ambigue significet.

b) Sayrus, loc. cit., n. 15, id non habet, nec videtur pro hoc asserto citari a Contin. Tournely.

**35.** - a) Croix omnino eandem sententiam tenet ac S. Alphonsus, nedum sit ei contrarius: « Si censura sit lata (ita ille, lib. 7,

Imo actus graviter externus.

Actus peccati debet esse consummatus.

Censura in mandantem incurritur solum effectu secuto.

nisi principaliter censura feratur in mandantem.

Probabiliter non incurrit censuram distracte recitans officium.

Sed probabilius affirmandum, juxta dicta Lib. III, n. 313, v. *Secunda*; et Lib. IV, n. 177, v. *His tamen*: in quibus locis tenuimus, tam ad officium quam ad Missam audiendam, probabilius requiri attentionem internam.

**36.** - « 4<sup>o</sup>. Actus peccati in suo genere « debet esse perfectus et consummatus, « nisi expresse aliud sonent verba legis; « quia poenae et odia sunt restringenda ». [Ita Sanchez <sup>1</sup>, Suarez <sup>2</sup>, Palaus <sup>3</sup>, Bonacina <sup>4</sup>; et Salmant. <sup>5</sup> cum Coninck, Hurtado, Avila, etc.]. — « Hinc excommunicationem homicidae non incurrit favens, « mandans, consulens, juvans, nec vul- « nerans lethaliter, nisi mors sequatur ».

**37.** - « Item, quando excommunicatur « mandans, consulens, etc., vel ferens suffragium pro indigno, subintellige: effica- « citer seu effectu secuto; quia sine eo « mandatum, consilium et suffragium non « est completum et perfectum in genere « homicidii, furti, etc. — Alii tamen atten- « dendum esse putant, utrum in mandan- « tes, consulentes, etc., principaliter et per « se feratur excommunicatio; an vero ac- « cessorie tantum. Et dicunt, priore casu « esse excommunicatos, etsi non sequatur « effectus; non item in posteriore. Quae sen- « tentia in praxi est tutior. Bonacina <sup>6</sup> ».

**38.** - Et juxta hanc sententiam, dicunt Salmant. <sup>7</sup>, Croix <sup>8</sup> cum aliis quod si cen-

<sup>1</sup> De Matr., lib. 3, disp. 2, n. 5. — <sup>2</sup> Disp. 4, sect. 3, n. 4 et 5. — <sup>3</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 10. — <sup>4</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 12. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 144. — Coninck, disp. 13, dub. 8, n. 75 et 76. — Gasp. Hurtaud., de Censur., in com., diff. 13, n. 57 et seqq. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 5, v. *Dubitatur quinto*. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 15. —

sura est imposita contra mandantes aut consilium dantes, praecise ob mandatum aut consilium: tunc incurritur etiam effectu non secuto. — Secus, si sit imposita, sed accessorie nempe propter opus quod ex mandato aut consilio causaretur. Quae de re sentiunt Salmant. <sup>9</sup> non incurere excommunicationem mandantem percussionem clericum, si percussio non accidat; quia tunc jam non influit in opus principaliter sub censura prohibitum. Sic pariter asserunt Salmant. <sup>10</sup> et Croix <sup>11</sup>, Navarrus, Diana, etc. excusari a censura qui simplex mandatum aut consilium dederit ei qui jam erat determinatus ad opus exsequendum <sup>a)</sup>.

**39.** - Quaeritur 1<sup>o</sup>. *Utrum, in dubio an meum mandatum aut consilium influerit, censuram incurram?*

Negant Salmant. <sup>12</sup>; quia poena non incurrit nisi constet de crimine et de ejus effectu secuto. Sed affirmat <sup>a)</sup> Croix <sup>13</sup> cum Sanchez <sup>b)</sup>, Dicastillo, etc. — Utraque est probabilis, juxta dicta de Restit., Lib. III, n. 562.

**40.** - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An mandans sive dans consilium pro occisione clerici incurrat censuram, si ante executionem consilium pro viribus revocet?*

Affirmat Concina <sup>14</sup> cum Navarro <sup>a)</sup>, Coninck <sup>b)</sup> et Bonacina <sup>a)</sup>. — Quia malum consilium praestitum semper pergit influere.

In dubio de influxu mandati probabiliter non incurritur censura.

<sup>1</sup> Loc. cit., n. 144. — <sup>2</sup> Lib. 7, n. 59 et 60. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 147. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 147. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 65. — Navar., Man., cap. 27, n. 51, ante v. *Adde*. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 57, v. *Dico 2<sup>o</sup>*. — <sup>6</sup> Tract. 10, cap. 1, n. 147. — <sup>7</sup> Lib. 7, n. 66. — Dicast., de Censur., disp. 1, n. 302 et 303. — <sup>8</sup> Diss. 1, cap. 3, n. 13 et 14.

n. 49) contra non observantes aliquod praeceptum; qui externe tantum et fide illud observat, non autem interne, si actus internus requiratur ad substantiam rei praeceptae, incurrit censuram, quia non ponit rem praeceptam... hinc qui externe tantum audit Missam sine ulla intentione audiendi, incurrit censuram latam contra negligentes Missam, quia intentio audiendi spectat ad substantiam Missae praeceptae ». Et, lib. 1, n. 695, requirit ut actus quo impletur praeceptum sit voluntarius, « si per praeceptum saltem concomitanter aut indirecte imperetur actus liber et humanus, uti fit per praeceptum audiendi Missam, legendi horas canonicas, etc.; nam simul imperatur humana applicatio mentis ad ejusmodi opera, cum debeat adesse aliqua

attentio ac devotio, quam habere non potest... plane non advertens, recitans tantum ut legat vel addiscat, etc. ».

**38.** - a) Et nullo modo consulens aut mandans auxit ejus voluntatem.

**39.** - a) Nisi tamen sint conjecturae quod adhuc fuisset sine ejus consilio.

b) Sanchez, de Matr., lib. 2, disp. 41, n. 17, haec dicit de restitutionis obligatione, non de censura.

**40.** - a) Navarrus, Man., cap. 27, n. 233; Bonacina, qu. 1, punct. 6, n. 6 et 7, male citantur a Concina; affirmant enim de solo consulente, et negant de mandante. Praeterea Navarrus loquitur de irregularitate, non de censura.

b) Coninck, disp. 14, n. 180 et seqq., dis-

Mandans pro occisione clerici non incurrit censuram si consilium revocet.

Sed communius et probabilius negant Suarez <sup>c)</sup>, Palaus <sup>1)</sup>, Laymann <sup>2)</sup>, Viva <sup>3)</sup>; et Salmant. <sup>4)</sup> cum Avila, Hurtado, Tabiena <sup>d)</sup>, Diana; Gibalino et aliis. Quia Ecclesia nequit ligare censuris nisi contumaces.

Et idem probabiliter dicunt Viva <sup>e)</sup> et Palaus <sup>5)</sup>; Salmant. <sup>6)</sup> cum Filiuccio <sup>e)</sup>, Gibalino et Tabiena <sup>d)</sup>, ac Croix <sup>f)</sup> cum Bosco <sup>g)</sup> — contra Coninck, Cornejo, Avila, etc. apud Salmant. <sup>7)</sup> — etiamsi revocatio consilii non potuerit innotesci executori. — Prout idem dicunt Salmant. <sup>8)</sup> de eo qui dedit venenum clerico, et antequam incipiat operari animum retractavit, et modo quo potuit procuravit effectum impedire; quia dum postea evenit laesio, ille non est contumax: unde non debet incurrere censuram, quae est poena medicinalis ad impedienda peccata. Idque videtur satis probabile, juxta dicenda *n. 280, Dubit. 2*: ubi probabilius est quod praebens clerico venenum non incurrit censuram, nisi illud incipiat parere effectum, id est laedere. — Et quod dictum est de consulente, idem affirmandum de *mandante*.

Advertendum tamen <sup>1°</sup>. Quod consulens sive mandans, in tali casu, etsi excusatur a censura, non ideo tamen excusatur a restitutione; ut Salmant. <sup>9)</sup>, juxta probabilior sententiam, relatam *Lib. III,*

<sup>1</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 7, num. 15. — <sup>2</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 7. — <sup>3</sup> De Censur., qu. 1, art. 4, n. 10. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 150. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 7. — *Gasp. Hurtad.*, diff. 15, n. 67. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 58. — *Gibal.*, disquis. 5, qu. 3, num. 22, 26 et 27. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 15. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 158. — *Gibal.*, loc. cit., n. 22. — *Coninck*, disp. 14, n. 176. — *Cornejo*, de Excom.,

tinguit et affirmat quidem si alter pergat moveri vere a mandato vel consilio; negat vero si ex alio motivo compleat actum.

<sup>c)</sup> Suarez, *disp. 44, sect. 3, n. 7, 12 et seq.*, haec utique dicit, sed tractat de irregularitate ex homicidio.

<sup>d)</sup> Tabiena, v. Excommunicatio V, *cas. 1, n. 35*, haec dicit de mandante.

<sup>e)</sup> Viva, *loc. cit.*, n. 10, silentio praetermittit amplificationem istam. Item Filiuccio, a Salmant. citatus et Bonacina, hoc non habent, quod reperire poterim.

<sup>f)</sup> Croix, *lib. 7, n. 61*, cfr. *n. 54*, oppositum tenet. Exponit enim primo opinionem affirmantem, deinde opinionem negantem cum ejus ratione, videlicet, quia non est in actuali contumacia dum censuram incurrere debe-

*n. 559, v. Hanc*. An autem consilium dans aut mandans, vel qui dedit venenum, revocando consilium aut mandatum, aut poenitendo veneni dati antequam mors sequatur, irregularitatem incurrat? Vide dicenda *de Irreg.*, *n. 373*.

Advertendum <sup>2°</sup>. Quod qui consilium praebuit, si executionem nequeat impedire, tenetur nihilominus ex justitia monere laedendum ut sibi caveat. — Alias nec a censura excusatur; quia omittit modum quo ille possit vitare damnum in quod jam suo consilio influxit: Salmant. <sup>h)</sup>; nam tenetur ex justitia avertere homicidium: unde si non avertit, illud ejus culpa imputatur.

41. — Idem hic notandum quod non incurritur censura prout excommunicatio, suspensio et interdictum personale, nisi ob culpam propriam; ut Salmant. <sup>10)</sup> cum Suarez, Bonacina <sup>a)</sup>, Cornejo, etc., ex *cap. 2, de constit.*

Secus autem, si fulminetur interdictum generale, quo ligantur etiam innocentes: ita tamen quod si hi mutant domicilium et exeant ab oppido interdicto aut collegio, non remanent interdicti, ex cap. *Si sententia, de sent. excom., in 6°*. Quod vero non currit pro specialiter interdictis, qui ubique interdicti sunt <sup>b)</sup>, ex can. *Si habes, caus. 24, qu. 3 b)*.

disp. 3, dub. ult. v. *Quaeres*. — *Avila*, loc. cit., dub. 7, concl. 2. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 152. — <sup>8</sup> Loc. cit. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 148. — <sup>10</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 121. — *Suar.*, disp. 4, sect. 1, num. 2; cfr. disp. 28, sect. 4, num. 2; et disp. 36, sect. 3, n. 2. — *Cornejo*, de Censur. in gen., disp. 8, dub. 2, qu. 2; cfr. tract. 5, disp. 4, dub. 2, v. *Sed respondeo*; et disp. 3.

ret, quam his verbis refellit: « Sed secundum dicta *n. 54*, videtur satis esse quod fuerit contumacia in ipso opere mandati ab ipso facti » et eodem *n. 54*, hoc dixit esse probabilius.

<sup>e)</sup> Bosco, *de Poenit.*, *disp. 7, sect. 11, n. 130 et seqq.*, tractat de casu simili, nempe de eo qui vulnus lethale infixit, sed quem poenitet antequam mors accidat, et dicit probabilius incurrere in censuram.

<sup>h)</sup> Salmant. *loc. cit.*, *n. 158*, ita docent si speretur fructus et nisi omnino constet alium rationibus a consulente primo praesuppositis minime moveri, sed aliis a se inventis.

41. — <sup>a)</sup> Bonacina, *disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 3*, hoc dicit de sola excommunicatione.

<sup>b)</sup> S. Alphonsus, et Salmant. hic allegant *can. Si habes 1, caus. 24, qu. 3*; sed canon

Et ad monendum laedendum.

Non incurritur censura nisi ob culpam propriam.

Exceptio.

Excusatus a mortali excusatur a censura.

Ut quis incurrat censuram, scire debet crimen prohiberi jure ecclesiastico.

Et quidem sub censura.

42. — « <sup>5°</sup>, Quidquid excusat a peccato « mortali excusat etiam a gravi censura: « — v. gr. materiae parvitas, impotentia « legem implendi, defectus advertentiae « et deliberationis; ignorantia invincibilis, « sive ea sit facti (ut v. gr. si nescias quem « percusit esse clericum), sive juris (ut si « scias esse clericum teque mortaliter « peccare percutiendo, nescias tamen per « cussionem illam sub excommunicatione « prohibitam esse). — Ratio, quia non es « contumax ».

43. — Ut quis censuram incurrat, non solum debet scire crimen illud esse *vetitum* jure divino, sed etiam ecclesiastico; quia alioquin deest contumacia contra Ecclesiam, a qua puniri debet. Ita communiter Sanchez <sup>1)</sup>, Viva <sup>2)</sup>; et Salmant. <sup>3)</sup> cum Suarez, Soto, etc. (Vide infra, *n. 350, v. Secunda*). — Immo scire debet illud *sub censura* prohibitum esse: alias eam non incurrit; quia alias tunc deest adhuc contumacia et contemptus censurae. Ita pariter communiter docent doctores cum Sanchez <sup>4)</sup>, Coninck, Henriquez <sup>a)</sup>, Diana, etc. cum Salmant. <sup>5)</sup>; et Croix <sup>6)</sup> (contra Avila <sup>b)</sup>, Covarruvias <sup>b)</sup>, etc.).

Ideo excusat ignorantia invincibilis, non solum si sit antecedens, sed etiam si sit concomitans. — Unde, si quis occidit clericum ignorans esse clericum, non incurrit excommunicationem; quamvis, si scivisset, etiam occidisset, aut si factum scienter approbat. Quia nec ille pravus

<sup>1</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 9 et 17. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 1, art. 4, qu. 5. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 192. — *Suar.*, disp. 4, sect. 8, n. 20, v. *Quarto*. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, cas. 4, prop. 4. — <sup>4</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 13 et 21. — *Coninck*, disp. 13, n. 91. — *Diana*, part. 3, tr. 6, resol. 41; et part. 4, tr. 2, resol. 36. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 198. — <sup>6</sup> Lib. 7, n. 95. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, num. 247. —

iste referendus est ad primum hujus numeri assertum, scilicet neminem esse anathematizandum propter alienam culpam.

43. — <sup>a)</sup> Henriquez, *lib. 13, cap. 23, n. 2*, de sola excommunicatione hoc dicit.

<sup>b)</sup> Avila male citatur a Croix; nam, *part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 7*, de excommunicatione loquens, dicit excusari ab ea, illum qui invincibiliter ignorat poenam hanc esse impositam; at *dub. 10, concl. 2*, negat excusari ab irregularitate et suspensione eum qui eas invincibiliter ignorat. Covarruvias pariter, in *cap. Alma mater, part. 1, § 10, n. 9*, negat utique in universum requiri scientiam poenae

animus nec rati habitio (nisi occisio sit facta nomine suo, vide *n. 267*) de facto influunt in illam clerici occisionem. — Secus vero esset, si diceret: *Volo hunc occidere etiamsi sit clericus*. Nam, si vere clericum occidit, tunc excommunicationem non effugiet. Ita Filiuccio, Suarez, Palaus <sup>c)</sup>, Cajetanus <sup>d)</sup>, etc. communiter cum Salmant. <sup>7)</sup>, Suarez <sup>8)</sup>, Bonacina <sup>9)</sup>; et Salmant. <sup>10)</sup> cum Cajetano <sup>d)</sup> Montesino <sup>e)</sup>, Candido <sup>e)</sup>, Filiuccio, Cornejo <sup>e)</sup>, etc. — Vide dicenda *n. 275, Dubit. 1*.

44. — Quod autem dicitur de excommunicatione, idem dicendum putant Salmant. <sup>11)</sup> de suspensione et interdicto. Et idem probabiliter asserunt de irregularitate quae ob delictum incurritur, si delinquens nesciat invincibiliter illud esse jure ecclesiastico prohibitum: ex cap. *Cognoscentes, de constit.*, et can. *Proposuiti, dist. 82*, ubi excusatur a depositione imposita in incontinentes qui illam ignorans peccavit incontinentiae (Vide Salmant. <sup>12)</sup>; et vide infra, *n. 350, v. Secunda*). — An autem incurrat qui scit jus prohibens, sed non irregularitatem impositam? Adest duplex satis probabilis sententia: vide dicenda *de Irreg.*, *n. 351*.

45. — Quaeritur <sup>1°</sup>. *An possit dari aliqua ignorantia vincibilis quae excuset a censura, licet non excuset a peccato gravi?*

Affirmant Sanchez <sup>13)</sup>, ac Palaus, Diana, etc. (apud Salmant. <sup>14)</sup>, dicentes posse

*Suar.*, disp. 4, sect. 8, n. 9 et 10. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 202. — <sup>8</sup> Loc. cit. — <sup>9</sup> Disp. 1 de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 14 et 21. — <sup>10</sup> Loc. cit. — *Fill.*, loc. cit. — <sup>11</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 198. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 194. — <sup>13</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 31. — *Palaus*, tract. 29, disp. 1, punct. 8, n. 7. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 17. — <sup>14</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 196.

ad hoc ut incurratur; sed *n. 12, v. Secundo*, dicit quod si actus prohibeatur solo jure positivo, ignorantia invincibilis hujus prohibitionis excusat a peccato et poena.

<sup>c)</sup> Palaus, *tr. 2, disp. 1, punct. 17 a n. 3*, dicit ignorantiam concomitantem excusare, « etiamsi animum haberes percutiendi clericum ».

<sup>d)</sup> Cajetanus id non habet, in *1am 2ae, qu. 76, art. 3*, sed solum rationem qua nititur haec sententia.

<sup>e)</sup> Montesinos, in *1am 2ae, qu. 76, art. 3, disp. 8, qu. 8, n. 108*; Candidus, *disquis. 22, art. 33, dub. 2, v. Dico 3*; Cornejo, *de Cen-*

Idem valet pro suspensione, interdicto et irregularitate.

Juxta alios, dari potest ignorantia excusans a censura, licet non excuset a mortali.

dari ignorantiam, quae non sit crassa seu supina, et tamen sit graviter culpabilis: nam ignorantia crassa involvit summam negligentiam. — Ergo (ut ajunt) ignorantia quae accidit ob magnam, sed non summam negligentiam, erit mortalis, sed non crassa; et ideo excusabit a censura: ut inferunt ex cap. 2, de constit. in 6°, ubi ignorantia excusatur a censura: dum tamen... ignorantia crassa non fuerit, aut supina.

Sed merito negant alii.

Verumtamen merito contradicunt Laymann<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>; Bossius<sup>3</sup> cum Suarez et communi; ac Salmant.<sup>4</sup> cum Vasquez, Coninck, Cornejo, etc. Qui asserunt praedictam sententiam vix esse practice probabilem, cum vix inveniri possit ignorantia graviter culpabilis quae non sit etiam crassa. Crassa enim evenire potest, non solum quando nulla diligentia, sed etiam quando valde parva adhibetur.

46. — Quaeritur 2°. An metus gravis excuset a censura?

Metus gravis excusatur a censura.

Resp. Si res est vetita jure tantum ecclesiastico, certe excusatur; quia praeccepta humana non obligant cum incommodo gravi (Salmant.)<sup>4</sup>. Hinc notat Croix<sup>5</sup> quod si praecipiat detectio criminis sub censura, nemo tenetur prodere seipsum vel complicem vel alium, si crimen probari nequeat, vel si proditio ipsi grave damnum afferret. — Imo, gravis metus excusatur ab incurrenda censura, etiamsi res alias jure divino sit prohibita. Et ideo, qui ob gravem metum patretur homicidium vitetum sub censura, peccaret quidem, sed non incurreret censuram; quia

non peccaret contra jus Ecclesiae, contra cujus potestatem specialis injusta contumacia ad censuram requiritur. Ita Palaus<sup>6</sup>, Suarez<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Coninck, Candido, Henriquez<sup>9</sup>, etc. — Nec obstat textus in cap. Sacris, de his quae vi metusve, etc. ubi dicitur metus qui non excusatur a mortali, nec etiam excusare a censura. Nam respondent doctores citatum textum loqui vel de metu levi, vel quando agitur in contemptum; vide Salmant.<sup>9</sup>

Incurrit autem censuram aut aliam poenam qui metu gravi cogitur aliquid agere in contemptum praecepti ecclesiastici, vel qui ob metum perpetrat malum gravissimum: v. gr. si episcopum occideret, vel sine jurisdictione absolutionem sacramentalem praeberet. Secus, si impeditus ob metum ministraret in sacris: tunc enim non incurreret irregularitatem. Ita Bonacina<sup>10</sup> et Palaus<sup>11</sup>; et Salmant.<sup>12</sup> cum Machado, Coninck, Henriquez et Cornejo. — Ratio, quia in dictis primis casibus, metus non excusatur a culpa, etiam contra praecceptum ecclesiasticum: secus in aliis.

47. — « Dixi: invincibilis. Quia ignorantia culpabilis et crassa non excusatur, nisi addatur in lege certus modus, v. gr. « qui hoc fecerit scienter, consulto, vel qui praesumpserit ausu temerario violare (quae verba, utpote in re odiosa accipiendae sunt stricte). Talis autem « non potest dici temere praesumere, nisi « ignorantia esset » [talis, ut formalem dolum includeret]. « Escobar<sup>13</sup>, Sanchez<sup>14</sup> ».

Ignorantia crassa quandoque excusatur.

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 20, num. 2. — <sup>2</sup> Disp. 1, qu. 2, punct. 1, n. 10. — <sup>3</sup> Suar., disp. 4, sect. 10, n. 10, v. *Hanc ergo*. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 197. — <sup>5</sup> Vasq., de Excom., dub. 15. — <sup>6</sup> Coninck, disp. 13, n. 95. — <sup>7</sup> Cornejo, de Censur., in com., disp. ult., dub. ult. — <sup>8</sup> Loc. cit., num. 203. — <sup>9</sup> Lib. 7, n. 102. — <sup>10</sup> Disp. 4, sect. 3, n. 14, v. *Oportet*. — <sup>11</sup> Loc. cit., punct. 3, num. 2, 4 et 5. — <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 204. — <sup>13</sup> Coninck, disp. 13, n. 101. — <sup>14</sup> *Candido*, disquis. 22,

art. 41, dub. 4, dico 7. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 206. — <sup>16</sup> Disp. 1, qu. 2, punct. 3, num. 2. — <sup>17</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 8, num. 10. — <sup>18</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 205. — <sup>19</sup> *Mach.*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 18, n. 3 et 4. — <sup>20</sup> *Coninck*, disp. 13, num. 100. — <sup>21</sup> *Henriq.*, lib. 13, cap. 21, num. 2 i. f. — <sup>22</sup> *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. ult., dub. 1. — <sup>23</sup> Tr. 4, exam. 1, cap. 6, num. 37. — <sup>24</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 31 et seqq.

sur. i. g., disp. ult., dub. 2, qu. 1, dicunt ignorantiam concomitantem excusare, etiamsi occidens animum habeat occidendi clericum, modo tamen (limitat Montesinos) nec confuse nec distincte cognoverit adesse clericum.

45. — <sup>a</sup>) Rectius: Suarez apud Bossium, de Effect. Matr., cap. 5, n. 187.

46. — <sup>a</sup>) Palaus, tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 11, oppositum tenet, scilicet incurri cen-

suram, cum hac tamen limitatione: « Quando... praeccepto naturali adderet ecclesiasticum aliquam circumstantiam, cui censuram annecteret, uti contingit cum furto et fornicationem in templo prohibet, censeo te a censura excusatum, si gravi metu ea delicta in templo patrares ».

<sup>b</sup>) Henriquez, lib. 13, cap. 21, n. 2, id non habet.

48. — Quaestio est: an, si censura sit imposita scienter peccantibus, excuset ignorantiam affectatam?

Communius negatur ignorantiam affectatam quandoque excusare.

Prima sententia communior negat. Et hanc tenent Suarez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Contin. Tournely<sup>3</sup>, Concina<sup>4</sup>, Viva<sup>5</sup>, auctor Additionum ad Sporer<sup>6</sup>; Bossius<sup>6</sup> cum S. Antonino, Pontio, Perez<sup>7</sup>, Filiuccio<sup>8</sup>, Salas, Reginaldo<sup>9</sup>, etc.; item Avila, Henriquez, Ledesma, Villalobos, etc., apud Salmant.<sup>7</sup> — Ratio: tum quia ignorantia affectata includit dolum formalem; tum quia talis ignorantia aequivalet scientiae, ut probatur ex cap. Eos qui, de tempor. ordin. in 6°, ubi: Eos qui clericos parochiae alienae, absque superioris ordinando licentia, scienter seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quaesito, praesumpserint ordinare: per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos. Et ibi Glossa<sup>8</sup> dicit: Aequipollens ergo scientia et affectata ignorantia.

Secunda vero sententia affirmat; eamque tenent Sanchez<sup>9</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Silvestro<sup>11</sup>, Tabiena<sup>11</sup> Hurtado, Diana, Coelestino,

<sup>1</sup> Disp. 4, sect. 10, n. 3. — <sup>2</sup> Tr. 2, disp. 1, punct. 18, n. 1. — <sup>3</sup> De Censur., part. 1, cap. 4, v. *Addit. Suar.*. — <sup>4</sup> Diss. 1, cap. 5, num. 6. — <sup>5</sup> De Censur., qu. 1, art. 6, n. 7, v. *Dico 2*. — <sup>6</sup> De Effect. Matr., cap. 5, n. 163. — <sup>7</sup> S. Anton., part. 3, tit. 24, cap. 34. — <sup>8</sup> Pont., de Matr., lib. 10, cap. 6, n. 10. — <sup>9</sup> Salas, de Legib., disp. 15, sect. 9, n. 114. — <sup>10</sup> Avila, part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 9, concl. 2. — <sup>11</sup> *Henriq.*, lib. 13, cap. 23, num. 3. — *Petr. Ledesma*, Sum., de Censur., cap. 4, dub. 4, dico 3. — *Villal.*, part. 1, tr. 16,

Cornejo<sup>12</sup>, Duardo<sup>13</sup>, etc. — Ratio, quia ignorantia affectata in rigore non est vera scientia, qualis requiritur in poenis impositis scienter peccantibus, cum poenae stricte sint intelligendae; licet autem talis ignorantia includat dolum virtualem, non tamen formalem. Qui enim peccat scienter contra legem vere contemnit eam. Qui vero peccat ex ignorantia affectata, etsi velit ignorare ut liberius peccet; tamen demonstrat aliquam reverentiam erga legem, dum quaerit ipsam ignorare ex timore quod si ipsam sciret retraheretur a peccando. — Ad textum autem oppositum responderi potest quod ibi per specialem dispositionem legis suspenditur episcopum sic injuste ordinans, non solum si sciat, sed etiam si affectate suspensionem ignoret.

Hanc secundam sententiam non audeo dicere improbabilem<sup>12</sup>. — Sed primae magis adhaereo, saltem ut communiori.

Recte autem Sanchez<sup>12</sup>, et Salmant.<sup>12</sup> cum Covarruvias minime approbant sententiam Panormitani<sup>13</sup>, quamvis probabilem eam putent S. Antoninus<sup>14</sup>, Silve-

Judicium S. Doctoris.

Quid in specie de occasione clerici.

diff. 12, n. 10. — <sup>13</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 198. — <sup>14</sup> Ad v. *Affectata*. — <sup>15</sup> Disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 11; et disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 9. — <sup>16</sup> De Censur., qu. 1, cap. 5, qu. 1, resp. 4. — <sup>17</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 199. — *Gasp. Hurtad.*, diff. 21, n. 92. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 17. — *Caelestin.* *Suasion.*, Comp. theol. mor., tr. 3, cap. 5, v. *Dico 4*. — <sup>18</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 41. — <sup>19</sup> Loc. cit., num. 200. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, n. 16, v. *Decimo quarto*.

48. — <sup>a</sup>) Auctor additionum ad Sporer, *Suppl. Decal.*, cap. 3, n. 39, hanc utique tenet sententiam, sed contrariam adhuc putat probabilem et tutam, dummodo ignorantia affectata non sit cum ingenti temeritate conjuncta. — Et Filiucci<sup>11</sup>, tr. 11, n. 260, item tenet primam ut probabilior, sed dicit secundam esse probabilem.

<sup>b</sup>) Perez, de Matr., disp. 52, sect. 5, n. 5, de sola privatione petitionis debiti loquitur in eo qui factus est affinis suae conjugii; sed rationes adductae valent etiam pro censuris. — Idemque notandum est de Reginaldo, lib. 31, n. 297.

<sup>c</sup>) Sanchez, ita sane docet in *Decal.*, lib. 2, cap. 10, n. 38, sed de Matr., lib. 9, disp. 32, n. 40, primam sententiam tenet.

<sup>d</sup>) Silvester, v. *Culpa*, n. 14, ita scribit: « Ubi jus vel statutum requirit verum dolum, ignorans non incurrit poenam ejus, quantumcumque sit culpabilis ». Et ita etiam Tabiena v. *Dolus*, n. 2.

<sup>e</sup>) Cornejo, de Censur. i. g., disp. ult., dub. ult. i. f., hanc opinionem tenet, sed satis probabilem existimat contrariam.

<sup>f</sup>) Duardus, in bull. *Coenae*, lib. 2, qu. 37, n. 5 et seqq., hanc utique amplectitur, cum hac tamen limitatione, n. 11: « Nisi legentes [libros haereticorum] vehementem suspicionem habeant librorum malitiae; nam tunc non excusarentur... et eorum ignorantia esset ingens temeritas ». — Eademque limitationem apponunt Sanchez et Bonacina.

<sup>g</sup>) S. Doctor in *Hom. Apost.*, tr. 19, n. 8, loquendo de hac secunda sententia dicit: « Reapse id nequit dici improbabile ».

<sup>h</sup>) Panormitanus, in cap. *Cognoscentes*, de constitut., n. 6, negat ignorantes hanc censuram incurere, quia expressio ista: suadente diabolo « requirit dolum ». Et superius dixerat: « Si statutum requirat dolum, non habet locum in eo qui fuit in lata culpa tantum ». — Ast S. Antoninus, part. 3, tit. 24, cap. 1, § 2, dicit: « Ad hoc requiritur dolus,

ster <sup>h)</sup>, Rodríguez <sup>h)</sup>, etc., scilicet quod si quis cum ignorantia crassa et etiam affectata clericum occidit, excusatur a censura canonis, cum ibi dicitur: *Si quis, suadente diabolo, etc.* — Nam respondetur quod haec verba non important scientiam formalem censurae, sed tantum peccati.

Notandum hic cum Viva <sup>1</sup> cum Filiuccio, quod ut incurritur censura, pro foro interno requiritur contumacia vera; pro foro autem externo, sufficit praesumpta.

49. — « 6°. Non incurritur censura ob peccatum soli naturali vel divino juri repugnans; sed requiritur praeceptum Ecclesiae, quod contumaciter violetur.

« Item, nec ob peccatum mere praeteritum potest censura infligi ab homine; nisi aliquo modo pendeat in futurum, ratione scandalii, vel restitutionis non factae, vel perseverantiae in peccato post monitionem; quia abest contumacia ». [Ita S. Thomas, Suarez, Coninck, Palaus et Salmant. <sup>2</sup> communiter]. — « Nec refert quod quis ob peccatum praeteritum, vel etiam sine peccato (modo justa causa subsit) possit ad tempus arceri ab aliorum consortio, altari, communione, etc., ut subinde fit in religionibus: et in jure etiam vocatur excommunicatio vel suspensio, sed late; quia non est censura proprie dicta, cujus violatio inducat irregularitatem, sed simplex tantum poena. — Filiuccius <sup>3</sup>.

« 7°. Non incurritur censuram qui legem transgreditur ex gravi metu, licet quandoque non excusetur a gravi culpa; quia non censetur contumax. — Laymann <sup>4</sup>, Bonacina <sup>5</sup> ex Suarez, Coninck, etc. ».

<sup>1</sup> De Censur., qu. 1, art. 4, n. 5, v. *Adverte 3.* - *Fill.*, tr. 11, cap. 6, n. 190 et 191. - *S. Thom.*, Suppl., qu. 21, art. 3. - *Suar.*, disp. 4, sect. 5, n. 6 et seqq. - *Coninck*, disp. 13, n. 78 et seqq. - *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 7, a n. 6. - <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 120. - <sup>3</sup> Tr. 11, cap. 6, n. 184 et seqq. - <sup>4</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 9. - <sup>5</sup> Disp. 1, qu. 2, punct. 3, n. 2. - *Suar.*, disp. 4, sect. 3, n. 13 et 14. - *Coninck*, disp. 13, num. 101. - <sup>6</sup> De Censur., part. 1,

Dubitatur: *An episcopus possit per sententiam ferre censuram pro crimine futuro?*

Negat Contin. Tournely <sup>6</sup>; et probat ex cap. *Romana, de sent. excom.*, in 6°, ubi dicitur: *Caveant [praelati]... ne tales sententias excommunicationis, sive specialiter sive generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet si tale quid fecerint... proferre praesumant, nisi... culpa seu offensa praecesserit.* — Sed affirmant <sup>a)</sup> Laymann <sup>7</sup> cum Abbate, Covarruvias et Ugolino; Sporer ac Viva <sup>8</sup> cum Suarez et Coninck. Et hoc est valde probabile quando adest justa causa; hic est usus communiter receptus in Ecclesia. Respondent autem praefati auctores ad textum oppositum, illud intelligi quando sine causa fertur hujusmodi censura.

50. — « 8°. CENSURA INVALIDA est ex triplici capite:

« PRIMO, ob defectum ferentis, si scilicet careat jurisdictione, vel eam habeat im-peditam per censuram, vel suspensam « per legitimam appellationem (de qua vide Laymann) ».

51. — « SECUNDO, si substantialis ordo, « *judicii praetereatur*, ut si reus non citetur, nec moneatur sub comminatione « censurae. Ratio, quia non est contumax « qui ante non fuit monitus de praeepto « et poena annexa. Quod tamen intellige « de censura ab homine lata per sententiam particularem. — Quia quae fertur « a jure, vel per sententiam generalem « vel etiam specialem, respectu tamen « actus futuri, non eget alia monitione; « cum lex aut sententia seipsa satis moneat. Idem est de sententia non illativa « censurae, sed declaratoria tantum; quia

cap. 1, § *Censura ab homine*, v. *Differunt 1.* — <sup>7</sup> Loc. cit., cap. 2, num. 2. - *Abbas Panorm.*, in cap. *A nobis*, de sent. excom. num. 8. - *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, n. 1. - *Ugolin.*, tab. 1, cap. 9, § 5, n. 3. - *Sporer*, Suppl. Decal., cap. 3, num. 23. - <sup>8</sup> De Censur., qu. 1, art. 1, n. 5, v. *Dubium.* - *Suar.*, disp. 3, sect. 4, num. 7. - *Coninck*, disp. 13, num. 15. - *Laym.*, loc. cit., cap. 6, n. 2.

ut quis incurrat; nam probabilis ignorantia excusat ». — Et Silvester, v. *Ignorantia*, n. 13, v. *Quartum*; et v. *Excommunicatio VI*, n. 6, v. *Secundo*, approbat Panormitanum; ac Rodríguez, *Sum. part. 1, cap. 80, concl. 11*,

adhaeret huic sententiae eodem modo quo S. Antoninus.

49. — <sup>a)</sup> At revera auctores tenentes affirmativam non dissentiunt a Contin. Tournely; iste enim dicit: « Neque ferri posset, si abesset

« absque alia monitione declarari potest « censura incurra, quando crimen cui est « annexa commissum esse evidenter constat ».

« Porro ut censura sit licita, requiritur « 1°. Ut dicta monitio sit canonica, id est « trina, juxta canones: etsi aliquando ex « juxta causa sufficiat una tribus aequi- « valens (v. gr., moneo te semel pro tribus « vicibus). 2°. Ut ex scripto recitetur. 3°. Ut « causa censurae exprimat. 4°. Ut reo « petenti exemplum scripturae intra men- « sem tradatur: alioqui iudex ipse suspen- « ditur a divinis officiis. — Filiuccius <sup>1</sup> ».

52. — Praenotandum est hic quod non in omnibus censuris requiritur monitio rei. Nam in excommunicatione, quia ibi omnino requiritur rei contumacia, requiritur etiam monitio. In suspensione autem et interdicto particulari (secus generali), quia hae censurae feruntur aliquando per modum non censurae, sed purae poenae ad punitionem peccati praeteriti: ideo non semper monitio requiritur, ex cap. *Tam litteris 33, de testib. et attest.*; cap. *Cum in cunctis 7, de elect.*; cap. *Sacro 48, de sent. excom.*, et cap. *1, eod. tit., in 6°.* — Ita Palaus <sup>2</sup>, Bonacina <sup>3</sup> et Salmant. <sup>4</sup> cum Coninck, Gibalino et Diana.

53. — Sed quaeritur 1°. *An censura sine monitione prolata sit valida?* — Quod monitio sit necessaria de necessitate praeepti, nemo dubitat ex cap. *Reprehensibilis, de appellat.* Vide Salmant. <sup>5</sup>. — Et hic notandum quod monitio debet specialiter fieri de censura cujus fit comminatio; ut Suarez <sup>6</sup>; et Salmant. <sup>7</sup> cum Soto, Coninck, Suarez, etc. communiter.

<sup>1</sup> Tr. 11, cap. 4, n. 83, 98, 99, 107 et seqq. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 5. — <sup>3</sup> Qu. 1, punct. 9, n. 1 et 5. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 80. - *Coninck*, disp. 13, n. 82 et 83. - *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, num. 4. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 18. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 82. — <sup>6</sup> Disp. 3, sect. 11, n. 7. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 83. - *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 3. - *Coninck*, disp. 13, num. 80. - *Suar.*, loc. cit. — <sup>8</sup> Disp. 3, sect. 8, num. 7. — <sup>9</sup> Qu. 1, punct. 9, num. 4. —

Utrum autem monitio sit necessaria de essentia? — Adest duplex sententia probabilis:

*Prima* sententia, quam tenent Suarez <sup>8</sup> Bonacina <sup>9</sup>; item Cajetanus. <sup>a)</sup> Diana <sup>a)</sup>, etc., apud Salmant. <sup>a)</sup> (qui putant probabilem), dicit Ecclesiam sive Papam ex plenitudine potestatis posse censuras ferre, nulla praemissa monitione. — Et probant ex can. *Duo sunt, dist. 96*, ubi Innocentius excommunicavit Arcadium ob delictum praeteritum; et can. *Tanta, dist. 86*, ubi S. Gregorius excommunicavit quosdam sine monitione ob crimen jam factum.

*Secunda* vero sententia, communior et probabilior, quam tenent Sanchez <sup>10</sup>, Anacleto <sup>11</sup>, Contin. Tournely <sup>12</sup>, et Salmant. <sup>13</sup> cum Soto, Coninck, Avila, Cornejo, Gibalino, etc., docet omnino praemittendam esse monitionem canonicam: nisi censura sit jam lata a jure. — Probatur ex cap. *Statuimus 3, de sentent. excom.*, ubi dicitur quod canonica monitio necessario praemittenda est: *aliter... excommunicatio prolata non teneat.* Et idem dicitur in cap. *Constitutionem 9, eod. tit.* Praeterea probatur ex Matth. XVIII, ubi: *Si... Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus.* Ergo Ecclesia non habet facultatem ferendi censuras, nisi contra contumaces qui nolunt Ecclesiam audire; censura enim est poena medicinalis, quae tantum in eum fulminanda est qui ob suam contumaciam aliter sanari non potest: nullus autem contumax dici potest, nisi prius de poena infligenda fuerit admonitus. — Nec obstant textus oppositi. Nam ad can. *Duo sunt*, respondent Salmant. <sup>14</sup>, quod Arca-

<sup>10</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 13 et 21. — <sup>11</sup> Tract. 13, de Censur., dist. 1, num. 19. — <sup>12</sup> Part. 1, cap. 3, art. 4, sect. 1, v. *Dico 1.* — <sup>13</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 84. - *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 4. - *Coninck*, disp. 13, n. 82. - *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 10. - *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. ult.; et *Excom.*, disp. 5, dub. 1. - *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, num. 2 et 5. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 86.

haec suspicio [praesens gravis mali] quia talem censuram ferre sine causa vel delicto actu existente, seu pro mere futuro prohibito est ». Et idipsum, scilicet ut adsit causa vel delictum in praesentiarum existens, requirunt Laymann, Abbas, etc.

53. — <sup>a)</sup> Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 18*, dicit tenendam esse sententiam quae negat

requiri monitionem ad essentiam censurae, sed nullam facit mentionem de absoluta Ecclesiae potestate. — Cajetanus vero, in *2am 2ae, qu. 69, art. 1, v. Ad 2 dicitur*, ait post factum posse excommunicari sub conditione quae pendet ex voluntate rei, scilicet si non revelaverit. Et Salmant., *tr. 10, cap. 1, n. 85*, auctores indiscriminatim citant pro bimembri

Regulariter non incurritur censura ob peccatum praeteritum.

Episcopus potest ferre censuras pro crimine futuro.

Non in omnibus censuris requiritur monitio.

Censura est invalida: 1. Ob defectum ferentis.

2. Ob praetermissum ordinem iudicii.

Probabiliter monitio non est necessaria ad validitatem.

Probabilior est necessaria.

dus ibi excommunicatus fuit, quia Chrysostomum injuste prius ejectum noluit revocare. Ad textum autem in can. *Tanta* respondetur non esse ibi proprie sermonem de excommunicatione, sed tantum de privatione Eucharistiae.

Dixi autem: *nisi censura sit a jure jam inflicta latae sententiae*; quia tunc ipsa lex monet. — Excipitur tamen 1°. Suspendio lata contra religiosos usurpantes decimas, vel prohibentes aut non permittententes eas solvi; ex *clem. 1 de decimis*. Excipitur 2°. Excommunicatio lata in religiosos impediens visitationem episcopi; ex *clem. un., § fin. de statu monachor.* In utroque enim casu, in praefatis textibus requiritur monitio.

54. — Stando autem in jure communi, procul dubio invalida <sup>a)</sup> est censura lata ob peccatum mere praeteritum, nisi habeat tractum successivum in futurum; ut docent Anacletus<sup>1</sup>, Concina<sup>2</sup> et Salmant.<sup>3</sup>, ex cap. *Ex parte, de verbor. signif.* — Nulla enim esset censura lata ob blasphemiam vel furtum mere praeteritum. Quando ergo excommunicatur aliquis ob furtum, excommunicatur ratione contumaciae: vel quia fur sciebat furtum esse ab Ecclesia vetitum sub censura, vel quia monitus sub poena censurae, renuit restituere. Ita Viva<sup>4</sup>. (Vide dicta num. 33, in fine). Tunc enim incurritur censura sine alia sententia declaratoria: ad differen-

tiam aliarum poenarum ecclesiasticarum, ut sunt privatio officii, inhabilitas ad officia, etc., quae semper sententia saltem declaratoria indigent. Croix<sup>5</sup> cum Lessio, Barbosa, Pellizzario, etc. communiter.

55. — Quaeritur 2°. *An requiratur monitio, si censura sit comminata a jure ferendae sententiae?* — Si censura sit comminata *ab homine*, certum est non requiri monitionem; quia per illud praeceptum jam etiam habetur monitio ab ipso iudice facta; ut Sanchez<sup>6</sup> et Salmant.<sup>7</sup>

Dubium ergo est *si sit a jure*. — Duae sunt sententiae:

*Prima* dicit omnino requiri monitionem; et hanc tenent Palaus<sup>8</sup>, Suarez<sup>9</sup>, Laymann<sup>10</sup>, et Salmant.<sup>11</sup> cum Cajetano, Cornejo, Diana, etc. — Quia (ut dicunt), cum sententia censurae ferenda est ab homine, sicut censura lata a jure petit monitionem a jure, sic ferenda ab homine, petit monitionem ab homine.

*Secunda* tamen probabilior sententia dicit non requiri monitionem; eamque tenent Busenbaum (ut supra, n. 51), Bonacina<sup>12</sup>, Sanchez<sup>a)</sup>; item Filliuccius<sup>b)</sup>, Abbas<sup>a)</sup> et Avila, apud Palaum<sup>13</sup> (qui probabilem putat). — Ratio, quia ad hanc censuram jam habetur utrumque, monitio et contumacia: *monitio*, quae facta est ab ipsa lege; tam enim monet lex infligens censuram latae sententiae quam ferendae: et *contumacia*, quia ille jam monitus noluit

<sup>1</sup> Tr. 13, de Censur., dist. 1, n. 17. — <sup>2</sup> Diss. 1, cap. 4 n. 1. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 120 et 84. — <sup>4</sup> De Censur., qu. 1, art. 4, num. 5, v. *Infertur 2.* — <sup>5</sup> Lib. 7, num. 77. — *Less.*, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 29, dub. 8, num. 68 et 64. — *Barb.*, de Off. et Pot. Episc., alleg. 57, n. 252. — *Pellia.*, tr. 7, cap. 1, n. 65 et 66. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 2, disp. 24, n. 28. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 90. — <sup>8</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5,

n. 7. — <sup>9</sup> Disp. 3, sect. 10, a n. 19, v. *Potest autem.* — <sup>10</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 6. — <sup>11</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 91. — *Cajetan.*, Sum. v. *Clericorum peccata*, vers. *Nec obstat.* — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 5. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 18. — <sup>12</sup> Qu. 1, punct. 9, n. 3, v. *Sed oppositum.* — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 5. — <sup>13</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 6.

assertione, quod scilicet de plenitudine potestatis, Ecclesia potest ferre censuram non praemissa monitione, et quod ob delicta pure praeterita, non habito respectu ad futurum, potest eam ferre.

54. — <sup>a)</sup> Anacletus et Concina non dicunt expresse censuram latam ob peccatum mere praeteritum invalidam esse, sed negant eam infligi posse, quia si respiscat, addit Concina, non est contumax, « atque adeo neque censura dignus ».

55. — <sup>a)</sup> Sanchez, de Matr., lib. 2, disp. 24, n. 28, id dicit de censura comminata ab homine et idem habet Abbas, in cap. Cum sit romana, de appellat, n. 28; sed ratio quam

affert Sanchez est generalior et valet etiam pro censura comminata a jure.

<sup>b)</sup> Filliuccius citatur utique a Palao; sed ipse, *tr. 11, cap. 4*, generatim tractans de censura ferendae sententiae distinguit et scribit, n. 94: « Absolute loquendo et regulariter, veriorum videri secundam sententiam [quae scilicet negat posse excommunicari absque alia monitione]; sed, n. 95, addit: « Quando delictum esset tale, ut nullo modo extendere in futurum, sed tantum relinqueret obligationem satisfaciendi Deo, probabilius videtur tunc posse procedi ad executionem, si alias transgressio fuit notoria et auctor est notus ».

obtemperare. — Nec obstat ratio opposita; quia tunc superior, cum teneat locum primi legislatoris, sicut posset legislator, sic etiam ipse superior potest censuram exsequi.

Bene tamen advertunt Suarez<sup>1</sup>, Toletus<sup>c)</sup>; et Bonacina<sup>d)</sup> cum Navarro<sup>d)</sup>, Filliuccius<sup>d)</sup>, Felino<sup>d)</sup>, etc., quod eo casu requiritur citatio rei ad censuram declarandam; cum bene fieri possit quod reus probabilem sui facti excusationem afferat. Nisi forte, excipit Bonacina<sup>2</sup>, crimen sit adeo notorium ut evidenter constet nullam reo competere defensionem.

56. — Notandum autem 1°. Quod monitio canonica proprie est *trina*.

Sed etiam canonica est si fiat *una pro tribus* (adhuc sine causa); dummodo in ista una aequivalens tempus designetur, neque sex dies (nam pro unaquaque monitione requiritur spatium saltem duorum dierum, ut dicunt Suarez<sup>a)</sup> et Salmant.<sup>3</sup>, et colligitur ex cap. *Constitutionem, de sent. excom., in 6°*) et dummodo terminus sex dierum assignetur ut peremptorius et ultimus: alias, reus contumax non constitueretur. Ita Salmant.<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>. — Sufficit tamen si dicatur: *Mandamus, ut infra sex dies restituat, alias excommunicatur ipso facto*; quia tunc virtualiter terminus peremptorie assignatur. Suarez<sup>6</sup>, Palaus<sup>7</sup> et Salmant.<sup>8</sup>

Notandum 2°. Quod ex justa causa, tria illa intervalla redigi possunt ad unum

<sup>1</sup> Disp. 3, sect. 14, n. 6. — <sup>2</sup> Qu. 1, punct. 9, n. 4. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 98. — <sup>4</sup> Loc. cit. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>6</sup> Disp. 3, sect. 9, n. 4. — <sup>7</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 8. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 98. — <sup>9</sup> Qu. 1, punct. 9, n. 7. — <sup>10</sup> Disp. 3, sect. 9, n. 4. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 94. — *Coninck*, disp. 13, num. 79. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, num. 6. — <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 94. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5,

diam vel brevius tempus: modo <sup>b)</sup> tria spatia assignentur; ut Bonacina<sup>9</sup>, Suarez<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Coninck et Gibalino. — Et aliquando, si periculum sit in mora (ut si clericus ad mortem ducatur, vel si agatur de reprimenda violentia et turbatione jurisdictionis), sufficit tunc una monitio sine illis competentibus tribus spatiis: modo terminus designetur; ut Salmant.<sup>12</sup> cum Cornejo, et Croix<sup>13</sup>.

Notandum 3°. Quod monitio debet fieri ab ipso iudice vel ab alio, ejus nomine. — Et si censura imponitur in commodum partis, ad illius instantiam citatio fieri debet. Ita Suarez<sup>14</sup>, Bonacina<sup>15</sup> et Salmant.<sup>16</sup> cum aliis. — Debet etiam monitio fieri in scriptis <sup>c)</sup>: nisi iudex procedat ex officio, prout tenetur aliquando ob bonum commune, ex cap. *Venerabilibus, § Porro, de sent. excomm., in 6°*; quia tunc sufficit si monitio fiat oretenus, ita tamen ut probari possit in foro. Ita Salmant.<sup>17</sup> cum Gibalino et Cornejo, ex cap. *Sacro, de sent. excom.*

57. — Notandum 4°. Quod si censura ferenda sit contra plures generaliter, sufficit ut fiat monitio in ecclesia coram populo: si vero ponatur interdictum contra communitatem, sufficit ut moneantur ii ob quorum culpam fertur. — Ita Suarez<sup>18</sup>, Bonacina<sup>19</sup>; et Salmant.<sup>20</sup> cum Gibalino, etc.

Si autem fulminetur censura contra particularem personam, tunc ipsa specialiter monenda est.

dub. 2, qu. 3. — <sup>13</sup> Lib. 7, num. 73. — <sup>14</sup> Disp. 3, sect. 11, num. 1. — <sup>15</sup> Disp. 1, qu. 1, punct. 9, num. 4, v. *Tertio*. — <sup>16</sup> Loc. cit., num. 95. — <sup>17</sup> Loc. cit., num. 95. — *Gibalino*, disquis. 6, qu. 2, num. 10. — *Cornejo*, loc. cit., qu. 7. — <sup>18</sup> Disp. 3, sect. 8, num. 2. — <sup>19</sup> Disp. 1, qu. 1, num. 11. — <sup>20</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 96. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, n. 7 et 8.

<sup>c)</sup> Toletus, *lib. 1, cap. 44, n. 4*, loquitur de sola suspensione quae ab homine fertur, in poenam peccati dumtaxat.

<sup>d)</sup> Bonacina, *loc. cit., n. 4*, v. *Quarto*, hoc utique docet; sed ibi non citat Filliuccium, qui revera de alio casu loquitur, *loc. cit., n. III*, sicut pariter Felinus, in cap. Rodolphus, *de rescript., n. 41*. — Navarro autem, *consil. 56, de sent. excom., n. 5*, scribit: « Licet excommunicatio et aliae censurae, latae sine monitione, valeant..., declaratio tamen quod aliquis incurrit in illas non potest fieri absque citatione ejus, et antequam audiatur vel contumax iudicetur ».

56. — <sup>a)</sup> Suarez, *disp. 3, sect. 9, n. 3*, dicit: « Tutius erit id observare », ubi nulla rationabilis causa in contrarium subest.

<sup>b)</sup> Bonacina, Suarez et Coninck conditionem hanc non requirunt.

<sup>c)</sup> Rem aliter proponunt, *loc. cit.*, Salmant.: « Quando in commodum alicujus particularis fertur, ad instantiam illius debet fieri. Si vero in bonum commune, ex proprio motu iudicis potest procedere: quia ex officio ad hoc tenetur. Cap. *Venerabilibus, § Porro, de sent. excom., in 6°*. Non requiritur quod fiat in scriptis, bene tamen coram testibus idoneis, quibus in foro exteriori probari pos-

Nisi censura sit jam a jure inflicta latae sententiae.

Censura ob peccatum mere praeteritum est nulla.

Requiratur tamen citatio rei.

Monitio debet esse trina,

aut una pro tribus cum intervallo.

Juxta alios requiritur monitio si censura sit a jure ferendae sententiae.

Probabilius non requiritur.

Quandoque intervalla redigi possunt.

Monitio debet fieri a iudice.

Sufficit interdum ut publice fiat.

Quandoque non sufficit.

Excipe tamen tres casus sequentes, in quibus sufficit fieri monitio in ejus domo vel si domum non habeat, in ecclesia vel loco publico. — Casus 1. est, quando reus absconditur aut fraude impedit monitionem; ut Salmant.<sup>1</sup> cum Avila, ex cap. *fin. de dolo et contum.* Dolus autem debet constare testibus, aut manifestis indiciis: Bonacina<sup>2</sup>, et Cornejo cum Salmant.<sup>3</sup> — Casus 2, quando reus est semel personaliter citatus; tunc enim aliae citationes fieri possunt domi aut in ecclesia aut tribunali. Salmant.<sup>4</sup> cum Bonacina, ex decisione Rotae Romanae. — Casus 3. est, quando probari potest citatio domi facta jam ad notitiam rei pervenisse; tunc enim reliquae citationes etiam domi fieri possunt. Suarez, Bonacina, Cornejo, etc. cum Salmant.<sup>5</sup>; et colligitur ex *clm. 3, de elect.*

58. — Notandum 5<sup>o</sup>. Quod, licet de necessitate praecepti trina monitio sit necessaria; alias iudex lethaliter peccabit (nisi urgentissima causa, ut supra, excusaret), uti apud omnes est certum: — sine tamen illa trina monitione, minime equidem censura crit invalida; cum in cap. *Romana, de sent. excom., in 6<sup>o</sup>* censurae sine monitione debita inflictae videntur injustae, sed non invalidae. Imo, in cap. *Sacro, de sent. excom.* dicuntur justae; intellige, eo quod saltem non sunt contra justitiam commutativam aut distributivam, quamvis sint contra legalem. — Ita Palaus<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Coninck, Gibalino, Cornejo et Diana.

Excipiuntur tamen duo casus, in quibus, nisi praecedat trina monitio, vel una pro tribus (ut supra), invalida est censura:

<sup>1</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 96. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 7, concl. 3. — <sup>2</sup> Disp. 1, qu. 1, n. 9. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 96. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 8. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 96. — *Bonac.*, loc. cit., n. 9, v. *Secundus casus.* — *Suar.*, disp. 3, sect. 11, num. 6. — *Bonac.*, qu. 1, punct. 9, n. 9. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 8. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 96. — <sup>6</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 8. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 97. — *Coninck*, disp. 13,

sit. Cap. *Sacro, de sent. excom.*; Gibalino, n. 10; Cornejo, *dub. 2, qu. 7*.

59. — <sup>a</sup>) Suarez ita profecto, *disp. 3, sect. 2, n. 4*; sed addit: « Fateor tamen, nisi intercedant verba aut scripta aut vocalia, aut scripta vel propria manu vel alterius ope exhibita, nullam aliam actionem videri sufficien-

tem ad exhibenda signa satis certa et expressa, quibus mediantibus censura inferatur ». <sup>b</sup>) Villalobos, *part. 1, tr. 16, diff. 6, n. 10*, de sola scriptura loquitur. <sup>c</sup>) D. Thomas, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, sol. 2, ad 2*, hoc innuit tantum, dicendo de contrahentibus matrimonium quod quamvis

1<sup>o</sup>. Quando iudex excommunicat aliquem (vel suspendit aut interdicat) communicantem cum excommunicato a se, ex cap. *Statuimus*, et cap. *Statutum, de sent. excom. in 6<sup>o</sup>*. — 2<sup>o</sup>. Quando constat delegatum non aliter accepisse facultatem ferendi censuras, quam trina monitione praecedente. Salmant.<sup>9</sup>

59. — Haec quoad *monitionem* censurae.

Quoad autem *sententiam*. Notandum 1<sup>o</sup>. Quod ad censuram incurrendam, non sufficit simplex voluntas superioris. — Sed requiritur ut sensibilibiter ipse eam manifestet scripto aut verbis (ut est certum apud Salmant.<sup>10</sup>), aut etiam alio externo signo, ut communiter Suarez<sup>a</sup>), et Salmant.<sup>11</sup> cum Cornejo, Villalobos<sup>b</sup>), Candido, etc., contra aliquos.

Notandum 2<sup>o</sup>. Quid, licet pro censuris valide ferendis non sint necessaria verba aut signa determinata; oportet tamen ut sufficienter determinetur persona, crimen et censura. Salmant.<sup>12</sup> ex D. Thoma<sup>c</sup>). — Et idem dicitur de censurae absolute. Salmant.<sup>13</sup> cum Candido, Cornejo et Gibalino.

60. — Notandum 3<sup>o</sup>. Quod ad censuras licite ferendas, observandae sunt solemnitates assignatae ab Innocentio IV in cap. *Cum medicinalis 1, de sent. excom., in 6<sup>o</sup>*, ubi sic habetur: *Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat et causam excommunicationis expresse conscribat ... Exemplum vero hujusmodi scripturae teneatur excommunicato tradere infra mensem, si fuerit requisitus: super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litte-*

n. 79 et 81. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, n. 12. — *Cornejo*, loc. cit., dub. 3; et de Excom., disp. 5, dub. ult. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 19. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 98. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 61 et 65. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 65. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 4, dub. 1; et de Excom., disp. 4, dub. 1. — *Candido*, disquis. 22, art. 16, dub. 1. — <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 61, 62 et 66. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 66. — *Candido*, loc. cit., dub. 9. — *Cornejo*, locis cit. — *Gibal.*, disquis. 10, qu. 5, n. 2.

tem ad exhibenda signa satis certa et expressa, quibus mediantibus censura inferatur ».

<sup>b</sup>) Villalobos, *part. 1, tr. 16, diff. 6, n. 10*, de sola scriptura loquitur.

<sup>c</sup>) D. Thomas, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, sol. 2, ad 2*, hoc innuit tantum, dicendo de contrahentibus matrimonium quod quamvis

Sententia debet sensibilibiter exprimi.

Et modo sufficienter determinato.

Solemni- tates requi- sitae ad li- citam sen- tentiam.

Poenae contra transgressores.

ras testimoniales confici sigillo authentico consignatas. Postea additur: *Si quis autem iudicium hujusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu ecclesiae et divinis officiis noverit se suspensum.* Et inde: *Et haec eadem in suspensionis et interdicti sententia volumus observari.* — Ratio Pontificis haec omnia praescribendi fuit ne festinanter et temere et imprudenter censurae fulminentur.

Ultra autem has poenas ipso facto incurrendas, alias assignat Pontifex a superioribus inferendas, nempe: 1<sup>o</sup>. Ut reus protinus a censura absolvatur. 2<sup>o</sup>. Ut si iudex in eo mense, in quo suspenditur ab officiis et ingressu ecclesiae, illis se ingesserit, tunc irregularitatem incurrat. 3<sup>o</sup>. Ut idem iudex teneatur solvere expensas omnes; et insuper arbitrio superioris alias poenas subire.

Ex quo infertur quod, licet censura sine praefatis solemnitatibus sit valida, ut verius tenent Palaus<sup>1</sup>; et Salmant.<sup>2</sup> cum Avila<sup>a</sup>), Leandro, Gibalino, Candido, etc., contra Ripa et Sayrum<sup>b</sup>), dum ex ipso cap. citato praecipitur ut iudex censuram relaxet; ergo valida censetur; — attamen iudex procul dubio graviter peccabit si aliquam ex dictis solemnitatibus omittat, nempe si non ferat censuram in scriptis, si causam non assignet, si exemplum postulanti non concedat. Ita Bonacina<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Sayro, Gibalino, etc.

61. — Advertendum tamen 1<sup>o</sup>. Quod hoc currit quando censura fertur per modum sententiae, cognita causa, cum citatione, ut patet ex verbis in citato cap. *Cum me-*

Consecratio.

<sup>1</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 10. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 73. — *Leand.*, tr. 1, disp. 4, qu. 2. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, num. 18. — *Candido*, disquis. 22, art. 18, dub. 5. — *Francisc. Ripa*, sup. lib. 1 Decretal., rubr. de constit., n. 48. — <sup>3</sup> Qu. 1, punct. 8, num. 1. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 72. — *Sayr.*, lib. 1, cap. 13, n. 16. — *Gibal.*, loc. cit., n. 13 et 17. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 74. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, n. 25. —

non possint consensum internum per verba exprimere « possunt tamen exprimere nutibus, et tales nutus pro verbis computantur ».

60. — <sup>a</sup>) Avila, *part. 2, cap. 2, dub. 3*, non satis recte citatur a Salmant.; ibi enim loquitur de solo peccato quod committit excommunicans.

<sup>b</sup>) Sayrus, *lib. 1, cap. 7, n. 16*, ad validitatem requirit scripturam, quod tamen postea,

*dicinalis; Si quis... iudicium, etc.* Secus, si censura fertur a jure, vel etiam ab homine, sed per modum legis generalis sive praecepti particularis (v. gr. alicui ne aliquid agat): tunc enim tales solemnitates non requiruntur. Ita Salmant.<sup>5</sup> cum Gibalino, Sayro et Cornejo.

Advertendum 2<sup>o</sup>. Quod in scriptura debet exprimi causa censurae, non in genere, sed in specie. Et insuper scriptura debet esse authentica, ita ut sit sigillo obsignata et subscripta a iudice vel alio ejus nomine, aut saltem quae idoneis testibus probari possit. — Salmant.<sup>6</sup> cum Gibalino, Cornejo, etc.

Advertendum 3<sup>o</sup>. Quod si iudex sit episcopus, sufficit si proferat censurae sententiam per alium. Si vero sit episcopo inferior, debet per seipsum proferre vel saltem per notarium aut alium ministrum. — Salmant.<sup>7</sup> cum Villalobos<sup>a</sup>), Cornejo, Machado, etc.

Advertendum 4<sup>o</sup>. Non incurrere poenas qui dictas solemnitates omittit ex causa urgenti quae moram non pateretur; cum in textu dicatur: *Si quis temerarius, etc.* — Ex quo infertur quod non solum non incurrit poenas episcopus, etiamsi culpabiliter solemnitates omittat (dum in poenis suspensionis et interdicti debet specialis mentio fieri de episcopis, ut ex cap. *Quia periculosum, de sent. excom., in 6<sup>o</sup>*. Unde, dum in citato cap. *Cum medicinalis*, inter alias poenas indicitur suspensio, apparet quod sanctio illa, sicut non respicit episcopos quoad suspensionem, neque quoad alias poenas: ita Palaus<sup>8</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Candido<sup>b</sup>) et Machado); — sed nec

*Sayr.*, lib. 1, cap. 13, n. 17 et 18. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 2, dub. 1; de Excom., disp. 6, dub. 1. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 75. — *Gibal.*, loc. cit., n. 9 et 10. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 6, dub. 1, qu. 2 et 3. — <sup>7</sup> Loc. cit., num. 76. — *Cornejo*, de Censur. i. g., loc. cit., dub. 1, qu. 4. — *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 13, n. 1. — <sup>8</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 9. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 77. — *Mach.*, loc. cit., n. 3.

cap. 13, n. 2, negat dicens: « Licet in sententia hominis requiratur scriptura..., lata tamen sine scriptura et memoriter prolata, valida erit ». Item, n. 8.

61. — <sup>a</sup>) Villalobos, *part. 1, tr. 16, diff. 7, n. 1*, videtur concedere quibuscumque iudicibus, quod possint per alium sententiam proferre. <sup>b</sup>) Candidus, *disquis. 22, art. 18, dub. 2, v. Dico 5*, loquitur de sola suspensionis poena.

Causa censurae in specie exprimenda.

Scriptura sit authentica.

A quonam proferenda sententia.

Interdum omittens solemnitates non incurrit poenas.

Censura sine trina monitione est valida.

Exceptiones.

etiam quis alius ex ignorantia culpabilis omittens: quia temeritas veram scientiam requirit, juxta dicta *Lib. I, n. 169*.

Advertendum 5°. Quod poenae incurruntur etiamsi censura non habeat effectum, puta si iudex jurisdictionem habeat impeditam, vel si reus solvat aut appellet. Quia a Pontifice non punitur prolatio injustae censurae, sed prolatio sine solemnitatibus praescriptis. — Ita Salmant. <sup>1</sup> cum Gibalino, Felino <sup>c)</sup>, etc., contra alios.

62. — Sed dubitatur hic 1°. *An incurratur censura lata sub distinctione*. v. gr. si dicatur: *Maneat excommunicatus aut suspensus?* — Adsunt. duae sententiae, ambae probabiles.

Negant Silvester, Navarrus, Henriquez, etc.; quia ad censuram incurrendam requiritur ut ipsa in specie individue determinetur. — Affirmant autem Suarez <sup>2</sup>, Bonacina <sup>3</sup>; et Candidus, Cornejo cum Salmant. <sup>4</sup>; quia vi illius propositionis copulativae, tantum optio datur reo eligendi censuram qua malit ligari. Si autem nullam eligat, dicunt Bonacina <sup>a)</sup> et Candidus utramque incurrere: sed melius tenent Salmant. cum Suarez <sup>a)</sup>, quod, si unam frangat, alteram eligere censeatur.

63. — Dubitatur 2°. *An possit ferri censura sub conditione?*

<sup>1</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 79. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, n. 14. — *Silvest.*, v. *Suspensio*, qu. 5, vers. *Si iterum suspensio*. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 161. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 82, num. 4. — <sup>2</sup> Disp. 3, sect. 2, num. 12. — <sup>3</sup> Qu. 1, punct. 7, num. 4. — *Candid.*, disquis. 22, art. 17, n. 2, v. *Dico 2*. — *Cornejo*, de *Censur.* i. g., disp. 4, dub. 4. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 63 et 64. — *Candid.*, loc. cit., v. *Dico 3*. — *Salmant.*, loc. cit., num. 64. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 68. — <sup>6</sup> Lib. 7, n. 109 et seq. — <sup>7</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 5. — <sup>8</sup> Tr. 10,

Potest, sine dubio ex cap. *Praeterea 40, de appellationibus*. Sed censura postea non incurritur nisi conditione impleta. — Quare non incurritur si ante impletionem appelletur, ex *eod. cap. 2*: vide Salmant. <sup>5</sup>. (Advertendo quod appellatio ante sententiam censurae eam suspendit; secus si fiat post sententiam. Croix <sup>6</sup>). Vel si creditor, pendente conditione, proroget terminum pro censura a iudice assignatum. Quia, sicut potest creditor debitum remittere, ita et terminum prorogare; ut docent Palaus <sup>7</sup>; Salmant. <sup>8</sup> cum Navarro, Silvestro et Cornejo; ac [Contin.] Tournely <sup>9</sup>, ex cap. *Pastoralis, de appellat. a)*.

64. — Sed hic dubitatur 3°. *An, transacto termino prorogato a creditore, iudice inconsulto, si debitor non solvat, censura incurratur?*

Negant Ugolinus, Henriquez, Sayrus <sup>a)</sup>, Navarrus apud Salmant. <sup>10</sup>; quia suspendere et prorogare censuram est actus jurisdictionis, quam non habet creditor. — Sed probabilius affirmant Suarez <sup>11</sup>, Palaus <sup>12</sup>, [Contin.] Tournely <sup>13</sup>; et Salmant. <sup>14</sup> cum Coninck <sup>b)</sup>, Cornejo et Leandro. Ratio, quia ille terminus non assignatur ad finendam obligationem, sed ne solutio ultra prorogetur sine creditoris consensu; quare transacto termino a creditore prorogato, eadem censura manet et incurritur.

cap. 1, n. 69. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 15. — *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, n. 1, cas. 13. — *Cornejo*, de *Censur.* i. g., disp. 4, dub. 2, qu. 3. — <sup>9</sup> Part. 1, cap. 4, quaer. 5, resp. 2. — *Ugolin.*, tab. 1, cap. 20, § 6, n. 6. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 20, lit. z. — *Navar.*, loc. cit., n. 15. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 70. — <sup>11</sup> Disp. 3, sect. 6, n. 11, v. *An vero*. — <sup>12</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 6. — <sup>13</sup> Part. 1, cap. 4, qu. 4, v. *Cae-terum*. — <sup>14</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 70. — *Cornejo*, de *Censur.* i. g., disp. 4, dub. 4, qu. 4. — *Leand.*, tr. 1, disp. 4, qu. 21.

<sup>c)</sup> Felinus, in cap. *Tua nos, de iurejur.*, n. 7; et cap. *Ex tenore, de rescript.*, n. 9, rationem tantum hujus dicti affert, videlicet: quoties lex in aliquo facto potius attendit animum facientis quam ipsum effectum, poena imponitur etiamsi actus sit nullus.

62. — <sup>a)</sup> Bonacina hanc utique sententiam habet, sed etiam secundam, loc. cit., n. 5, (quod Salmant. non adverterunt) quae magis placet S. Alphonso: « In eo eventu, subiacere utrique poenae... Aut dici potest delinquentem qui unam censuram non observat censerit alteram elegisse ». — Idemque habet Suarez, loc. cit., n. 15, quamvis a Salmant. pro secunda tantum explicatio citetur.

63. — <sup>a)</sup> Cap. *Pastoralis* statuit excommunicationem jam latam non suspendi per appellationem; et ita etiam citatur a Collet.

64. — <sup>a)</sup> Sayrus, lib. 1, cap. 11, n. 20, diversimode casum ponit: « Si episcopus Petrum excommunicet nisi intra mensem satisfaciatur Joanni; an Joannes tempus illud prorogare possit, ita ut praeterito mense, ob factam a creditore prorogationem, Petrus excommunicatus non sit?... Verius... sentiunt qui excommunicatum illum dicunt, si iudice inscio prorogatio facta sit ».

<sup>b)</sup> Coninck, disp. 14, n. 199, pariter diverso modo casum ponit: « Si feratur in Joannem, nisi intra mensem Paulo, quem laesit, satis-

Ferri potest censura sub conditione.

Quid de mutatione fori pendente conditione.

Quando nam ferri debeat censura.

Transacto termino probabilius incurratur censura.

Quid, si iudex sciat censuratum absolutum foro interno.

Quaedam notanda de denuntiatione.

Incurrat etiam censuram qui, pendente conditione, mutat forum; quia adhuc primum forum retinet jurisdictionem. Ita Ugolinus et Coninck, apud Salmant. <sup>1</sup>. — Limitant tamen <sup>2</sup>, Coninck et Suarez <sup>c)</sup>, nisi ex justa causa, et non in fraudem, domicilium cum foro mutaretur.

65. — Hic denique notandum 1°. Quod censura ferri debet diebus non feriatis, quando ipsa per modum sententiae profertur, ex cap. *fin. de feriis*. Si vero diebus feriatis feratur, erit illicita quidem, sed non invalida, ut Palaus <sup>3</sup>; et Salmant. <sup>4</sup> cum Sayro et Cornejo. — Verum bene possunt ferri diebus feriatis censurae, quando imponuntur per modum legis aut praeccepti; et etiam illae quae feruntur per modum sententiae, quando contumacia ita patet, ut cognitione causae non egeat, ex cap. *Evidentia, de accusat.* — Monitio <sup>a)</sup> autem censurae frequenter fieri solet die non feriatum, si causae cognitio non praecedat; secus, si praecedat. Salmant. <sup>5</sup> cum doctoribus citatis.

Notandum 2°. Quod si iudex sciat censuratum esse absolutum pro foro interno, docent Henriquez <sup>b)</sup>, Felinus <sup>c)</sup> et Decius <sup>c)</sup>, apud Croix <sup>6</sup>, non esse puniendum pro foro externo.

Notandum 3°. Quod qui semel censuram incurrit, debet denuntiari et publicari ut sic citius respiscat, ex cap. *Pastoralis*, § *fin. de appellat.*, et *clem. fin. de censib.* — Haec autem, si lata fuit ab homine

*Ugolin.*, tab. 1, cap. 20, § 6, n. 4. — *Coninck*, disp. 13, num. 19. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 68. — <sup>3</sup> Ap. *Salmant.*, loc. cit. — *Coninck*, loc. cit. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 5, num. 14. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 100. — *Sayr.*, lib. 1, cap. 7, num. 17; et cap. 14, num. 7. — *Cornejo*, de *Censur.* i. g., disp. 6, dub. 3. — <sup>6</sup> Loc. cit. — <sup>7</sup> Lib. 7, num. 80. —

fecerit: si hic illi satisfactionem remisit aut consenserit ut eam differat, ipse eam non incurret, etiamsi statuto tempore non satisfecerit ».

<sup>c)</sup> Suarez, disp. 3, sect. 5, n. 6 i. f., limitat: « Si ex praeccepto superioris propter commune bonum vel aliam similem causam cogatur domicilium mutare; tunc omnino desinit esse subditus priori iudici, etiam in causa coram illo inchoata ». Secus vero, si « in fraudem vel proprio motu domicilium mutet ». Quod non satis bene retulit Coninck.

65. — <sup>a)</sup> Rectius: denuntiatio censurae.

<sup>b)</sup> Henriquez, lib. 7, cap. 13, n. 2, dicit posse admitti in foro exteriori hanc absolu-

sive per modum statuti, sive per modum sententiae particularis, ab ipsomet debet denuntiari. — Si vero lata fuerit a jure communi, denuntiatio debet fieri ab Ordinario loci ubi censura incursa fuerit, ex *clem. 1, de privil.* Sed tunc ante denuntiationem praecedere debet citatio rei facienda a superiore proprio, dato ei termino ad jus suum dicendum; alias denuntiatio erit nulla, ex *clem. Saepe, de verbor. signif.* Ita Croix <sup>a)</sup> cum Navarro, Covarruvias, Palao <sup>e)</sup> et aliis communiter, apud Salmant. <sup>7</sup>. — Si autem reus satisfactionem offerat, statim est absolvendus. Salmant. <sup>8</sup> cum Suarez.

66. — « TERTIO, ob defectum justae causae. Haec autem deficere potest tripliciter: 1°. Si nec a parte rei nec secundum allegationes fori externi subsistat. — 2°. Si a parte rei crimen subsistat quidem, non tamen in ordine ad iudicium, quia reus de eo non confitetur nec legitime de eo convincitur. — 3°. Si a parte rei non subsistat crimen, etsi a iudice probetur, ideoque titulum seu causam praesumptam habeat iudex. In quo casu, etsi sententia a parte rei sit injusta, ideoque probabilius censura non liget in foro conscientiae; in foro tamen externo servari debet propter scandalum. — Vide Laymann <sup>9</sup> ».

67. — In dubio an censura sit incursa vel ne, in foro conscientiae non tenemur nos gerere ut censuratos. — Et hoc, sive

*Navar.*, Man., cap. 27, num. 11, et consil. 30, de sent. excom. n. 3. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 9, num. 5. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 101. — <sup>8</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 101. — *Suar.*, disp. 3, sect. 10, num. 17, v. *In contrarium*. — <sup>9</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 6, v. *Secundo redditur*.

tionem; sed *lib. 14, cap. ult., n. 1*, ubi dicit debere admitti, loquitur de dispensatione irregularitatis.

<sup>c)</sup> Felinus, in cap. *De his, de accusat.*, n. 7, de sola blasphemia hoc dicit; Decius, consil. 137, n. 3, de sola haeresi et blasphemia; sed generatim auctores isti negant liberum esse in foro externo.

<sup>a)</sup> Croix, lib. 7, n. 75 et 76, loquitur de denuntiatione facienda pro censura in particularem personam, lata a iudice post canonicam monitionem.

<sup>e)</sup> Palaus, quamvis a Croix citetur, dicit, disp. 1, punct. 5, n. 13, denuntiationem fieri posse absque monitione, dummodo crimen sit

Poenae incurruntur etiamsi censura carcat effectum.

Probabiliter non incurratur censura lata disjunctive.

8. Ob defectum justae causae, censura est invalida.

In dubio de incursa censura libertas possidet.



dubium sit *facti*, id est circa crimen (puta si dubitetur an percussio clericus fuerit graviter injuriosa), ut docent Sanchez<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Mazzotta<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Laymann<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup> et Salmant.<sup>8</sup> cum Candido, Tanner et Diana (contra Sayrum, Azor, etc. apud Bonacina); sive dubium sit *juris*, id est circa sententiam (puta si dubitetur an censura fuerit latae an ferendae sententiae, vel an conditio apposita in sententia sit impleta vel non), ut Sanchez<sup>9</sup>, Bonacina<sup>10</sup>, Holzmann<sup>11</sup>, Roncaglia<sup>12</sup> et Salmant.<sup>13</sup> cum Valentia<sup>a)</sup>, Covarruvias<sup>a)</sup> et Diana; ex D. Thoma, qui<sup>14</sup> docet quod post determinationem iudicis standum est ejus sententiae; secus ante determinationem. — Ratio pro dubio *facti* est, quia in dubio nemo est exspoliandus jure suo communicandi quod possidet. Pro dubio autem *juris* ratio est, quia poenae sunt restringendae; unde in dubio non incurruntur.

Si vero post censuram incursum dubitetur de absolute obtenta vel de appellatione interposita et similibus; tunc omnino reus debet se habere ut censuratum. Quia tunc possessio stat pro superiore, ut recte dicunt Sanchez<sup>15</sup>, Palaus<sup>16</sup>; et Salmant.<sup>17</sup> cum Covarruvias. — Et idem dicendum cum Sanchez<sup>18</sup> et Salmant.<sup>19</sup>, si

dubium sit de potestate superioris, quando hic pacifice eam possidet.

68. — Dubitatur 1<sup>o</sup>. *In dubio an censura fuerit justa vel ne, an ut justa sit judicanda?*

Negat Dicastillus<sup>a)</sup> apud Croix<sup>a)</sup>, dicens superiorem esse quidem in possessione ferendi censuras justas; sed cum de justitia dubitatur, potius dicendum est possidere libertatem subditi. Et idem sentiunt Vasquez, Sancius<sup>b)</sup>, etc. (apud Viva<sup>20</sup>), loquendo de lege dubie justa; et probabile putat Tamburinius<sup>21</sup>. — Sed verius affirmant<sup>c)</sup> Salmant.<sup>22</sup>, Viva<sup>23</sup>; Bonacina<sup>24</sup> cum Vasquez, Suarez et Salas; item Palaus et alii communiter cum Croix<sup>25</sup>. Quia in dubio possidet potestas iudicis.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An si reus habet opinionem probabilem pro se, teneatur parere iudici aliquid praecipienti sub censura, puta solutionem pecuniae?*

Affirmandum etiam cum communi, sive dubium sit juris sive facti; quia alias nunquam lites finirentur. Ita Salmant.<sup>26</sup> cum Soto, Diana<sup>d)</sup>, Vasquez<sup>e)</sup> et Avila. Bene tamen advertunt Salmant.<sup>27</sup> cum Avila, quod in dubio facti id procedit durante dubio. Nam si postea censuratus fieret certus de sua innocentia, tunc non tenetur nec solvere nec se gerere ut cen-

Sed vitare debet scandalum.

suratum: tunc enim sententia non potest obligare, cum nitatur praesumptione certe falsa.

Sed si talis censuram in publico violaret (v. gr. sacris ministrando), licet irregularitatem non incurreret, peccaret tamen ob scandalum; et tunc in foro externo gerere se deberet ut irregularem. Ita Suarez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Croix<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Coninck. — Hoc tamen intelligendum nisi publice constet censuras esse nullas, ita ut omnino absit scandalum. Salmant.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> De Censur., disp. 4, sect. 7, n. 14 et 20. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 15 et 16. — <sup>3</sup> Lib. 7, n. 84. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 212. — <sup>5</sup> Coninck, disp. 13, n. 117 et 119. — <sup>6</sup> Loc. cit.,

cum Navarro, Avila, etc., ex clem. *Pastoralis, de sent. et re judic. f)*.

Praeterea advertit Contin. Tournely cum D. Thoma<sup>6)</sup>, ex cap. *Pastoralis, de off. et potest. jud. deleg.*, quod exsecutor sententiae, quae sit justa secundum allegata et probata, tenetur eam executioni mandare; etiamsi ex privata scientia noverit esse injustam. — Secus vero, si sententia etiam secundum probata esset omnino injusta, ex cap. *Super eo, de crim. falsi h)*.

n. 5. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 3. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 1, dub. 1, v. *His positus*. — *Contin. Tourn.*, de Censur., part. 1, cap. 3, art. 4, sect. 3, v. *Quaeres*, n. 1 et 2.

Exsecutor tenetur agere secundum probata.

nam, de *Excom., dub. 11, n. 23*, negat incurrere in hoc casu excommunicationem, nisi in rei veritate valida sit sententia.

f) Clement. *Pastoralis* habet tantum hujus dicti rationem, scilicet: sententiam nullam non esse sententiam.

g) S. Thomas a Contin. Tournely citatur pro rei probatione, in quantum scilicet, 2<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup>,

qu. 67, art. 2, ait iudicem judicare debere secundum probata, etiam contra scientiam privatam.

h) *Super eo, de crim. falsi*, haec statuit: « Mandantes, ut quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, et quod per ipsas mandatum fuerit non observes ».

Non vero in dubio de absolute obtenta vel de appellatione, aut potestate superioris.

In dubio de justitia censurae censenda est justa.

Qui habet solam probabilitatem debet obedire.

Non vero si est certus.

<sup>1</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 56 et 62. — <sup>2</sup> Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 6, § 2, n. 49. — <sup>3</sup> De Poenis Eccles., n. 151, v. *Ad 3*. — <sup>4</sup> Tr. 1, disp. 1, qu. 3, cap. 4, v. *Infers 1*. — <sup>5</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 8. — <sup>6</sup> Lib. 1, tr. 1, cap. 5, § 4, n. 38. — <sup>7</sup> Tr. 11, de 5<sup>o</sup> Praec., cap. 2, qu. 6. — <sup>8</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 209. — *Candido*, disquis. 22, art. 15, dub. 1, v. *Dico 4*. — *Tann.*, tom. 4, disp. 6, de Poenit., qu. 10, n. 60 et seq. — *Diana*, part. 4, tr. 3, resol. 35; et part. 5, tr. 9, resol. 44. — *Sayr.*, *Clav.*, lib. 1, cap. 13, n. 23 et 24. — *Azor*, part. 1, lib. 2, cap. 19, qu. 10. — *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 49, v. *Resp. 2*. — <sup>9</sup> Loc. cit. — <sup>10</sup> Loc. cit., v. *Resp. 1*. — <sup>11</sup> Loc. cit. — <sup>12</sup> Loc. cit., qu. 6. — <sup>13</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 208 et 210. — *Diana*, locis cit. — <sup>14</sup> Quodlibet 4, art. 14. — <sup>15</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 57 et 59. — <sup>16</sup> Tr. 29, disp. 1,

punct. 8, num. 8. — <sup>17</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 210. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 2, n. 5. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 60. — <sup>19</sup> Loc. cit., n. 210. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 66, cap. 9, n. 50 et seq. — <sup>20</sup> De Legib., qu. 1, art. 2, n. 4. — <sup>21</sup> Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Subditus*. — <sup>22</sup> Tract. 11, de Legib., cap. 1, n. 15. — <sup>23</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>24</sup> Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 3, n. 11. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 151, cap. 4, i. f. — *Suar.*, de Legib., qu. 1, cap. 9, n. 20, et de Censur., disp. 4, sect. 6, n. 6. — *Salas*, de Legib., disp. 10, sect. 2, n. 11. — *Palaus*, tr. 1, disp. 3, punct. 13, n. 2. — <sup>25</sup> Lib. 7, n. 123. — <sup>26</sup> Tr. 10, cap. 3, n. 6. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 3, ante 3 concl. v. *Secundo modo*. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 1, dub. 2, concl. 2. — <sup>27</sup> Loc. cit., n. 6. — *Avila*, loc. cit.

notorium; « alias ea declaratio *illicita* esset contra jus naturae juridicumque ordinem procedendi ».

67. — a) Valentia, in *3am Part., disp. 7, qu. 19, punct. 2*, v. *Caeterum Didacus*; Covarruvias, in *clem. Si furiosus, in it.*, n. 3, tractant de sola irregularitate ex delicto.

68. — a) Dicastillus, de *Censur., disp. 1, n. 351, 353 et 354*, id ait esse probabile, imo probabilissimum et tutum. Et a Croix, *lib. 7, n. 123*, citatur tamquam dicat probabile.

b) Joannes Sancius, *Select., disp. 33, n. 37*,

distinguit, et ait in dubio negativo debere obedire; in dubio positivo, posse non obedire.

c) De lege aut praecepto dubie justo loquuntur Viva, Tamburinius, Salmant., Bonacina, Vasquez et Palaus.

d) Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 29*, videtur adhaerere sententiae quae absolute dicit parandum esse censurae, quando iudex eam pronuntiat sequens opinionem probabilem; ea enim opinio relata, dicit id valde notandum esse.

e) Vasquez male hic citatur a Salmant.;